IOANNIS MAVRICII GVDENI
HISTORIA ERFVRTENSIS
AB VRBE CONDITA
AD REDVCTAM
LIBRI IV.

SECVNDVM EDITIONEM
DVDERSTADII
ANNO CHRISTI MDCLXXV
TYPIS IOANNIS WESTENHOFF *EXSCRIPTAM.*

CVm ERFORDIA, Thuringiae metropolis, urbs ampliſſima, magnarumque olim cum opum, tum uirium, ditionis ſit Moguntinae, nemo mirabitur, in Moguntinis me huic illius hiſtoriae locum concedere.

Eſt autem ea, ut e titulo iam patet, IOANNIS MAVRICII GVDENI, Iureconſulti doctiſſimi, *Gudenorum* ſtirpe, hoc & ſuperiori ſaeculo, Viris dignitatibus ſacris aeque ac ciuilibus quammaxime conſpicuis florentiſſima, prognati, ampliſſimisue, quibus ipſe functus eſt, muneribus haud parum illuſtris*.

* Eminentiſſimi namque Archiepiſcopi & Principis Electoris Moguntini fuit a conſiliis, ac Erfurti tum Canonum & Iuris publici P. P. O. tum dicaſterii urbani Praetor. Vid. *Witte* parte II *Diarii Biographici* p. 149 & ſeq. *Paullini* § XXIV *Annalium Iſenacenſium* p. 19. Faſces academicos geſſit ab anno MDCLXXX ad MDCLXXXI, Rector in ordine CCCLXIV. Vid. auctor anonymus *der kurtzgefaſſten und gründlichen Nachricht von den vornehmſten Begebenheiten der Stadt Erfurt* (qui *Ioannes Michael Weinrichius* eſſe dicitur) lib. I cap. VI § III p. 268.

Ceterum, uariis lucubrationibus in publicum editis haud exiguam nominis famam conſecutus, an. MDCLXXXVIII d. XXI Aprilis, annor. aetatis LIII, uiuendi finem fecit. Vid. *Witte* l. d.

Quod, ſimulac in lucem exiuit, cupidos inuenerit emptores, notum. Prodiit autem anno ſuperioris ſaeculi LXXV, octaui forma ordinis, *Duderſtadii* in Eichsfel-

dia, typis *Ioannis Weſtenhof* excuſa. Vt adeo corrigendus hic ueniat *Ioannes Chriſtianus Neu*, dum parte II *Acceſſionum ad* Degorei Wheari *Relectiones hiemales*, ſectione XXIX p. 267 *Erfurti* eam prodiiſſe ſcribit.

Quamuis autem ſat terſe ſcripta ſit, nec ſine iuſta οἰκονομίᾳ, ſollertique adhaec cura ac ſtudio, ut non immerito cenſet *auctor* ille *anonymus*, paullo ante nobis laudatus l. d. cap. I § III p. 3; negari tamen nequit, quod non omni ex parte, praeſertim in antiquioribus, ſit ἄσπιλος (*a*); in rebus itidem uetuſtis non ſemper συγχρόνοις, genuinis, fideque dignis teſtibus nitatur, ſed ſcriptoribus non raro recentioribus tantum, iisque interdum proletariis (*b*); tum uero manifeſto partium laboret ſtudio (*c*), & tandem ad μικρολογίας quasdam ex interuallo delabatur (*d*). Plures certe ita exiſtimaſſe uideas, uiros & iudicii acrimonia & eruditionis copia pollentes.

(*a*) *Sagittarius* in praefatione *Antiquitatibus regni Thuringici* praemiſſa b) 1 b); *Dum in his occupabar, obtulit ſe mihi* Ioannis Mauricii Gudeni *non ita pridem edita* Hiſtoria Erfurtenſis. *In qua cum non unum reperirem caput, quod non tam meo eum propoſito, quam uetuſtis, qui rerum Thuringicarum mentionem fecere, ſcriptoribus pugnabat, cauſſa ſuberat, quare eam aliquanto curatius expenderem; id quod anno MDCLXXV in epiſtola*, de antiquo Thuringiae ſub indigenis, Francorum, Germaniaeque Regibus, ut & Ducibus, Comitibus, Marchionibus, usque ad ortum Landgrauiorum, ſtatu, *ea quidem moderatione feci, ut auctor mihi propterea haud indignatus ſit, ſed potius, iuxta cum amore ueritatis, animo erga me fuerit propenſo; quem etiam tum litteris admodum humanis, tum aliis indiciis mihi manifeſtum fecit.*

Struuius cap. XXII *Bibliothecae Hiſtoricae ſelectae* § XX p. 591; *Praeſtat uero* Ioan. Mauricii Gudeni *hiſtoria Erfurtenſis, ab V. C. usque ad ſua tempora, libris IV deſcripta, Duderſtadii MDCLXXV*, 8; *licet in rebus antiquioribus non ſemper fidem mereatur, ideoque notata a* Sagittario.

(*b*) *Sagittarius* epiſtola iam excitata p. 13; *Mallem hic auctores ſuos laudaſſet uir doctiſſimus* (Gudenus) *Quamuis hic non* Riuandrum *aliquem, aut* de Thuringiae Landgrauiis anonymum, *ſed in uetuſtis rebus uetuſtos quoque teſtes exoptem, quo in (quod pace politiſſimi ſcriptoris dixerim) non raro uidetur peccaſſe.*

Tenzelius in *Dialogis menſtruis* an. MDCLXXXIX p. 44; *Vtrum* Morhofius *e* Gudeno *firmiter probarit, uere extitiſſe quendam, cui* Baſilio Valentino *uerum fuerit nomen, iis diiudicandum relinquo, quibus notum, quod* Gudenus *in* hiſtoria *ſua* Erfurtenſi *non ſemper genuina & liquentis fidei documenta adferat, ſed fabulas ſaepius ſequatur uulgares.*

(*c*) Laudatus *Struuius* l. d. cap. XVII § XVII p. 471; Ioannes Mauricius Gudenus *Hiſtoriam Erfurtenſem ſcripſit Erfurti MDCLXXV*,

MDCLXXV, 8. *Hac omnem urbis historiam ab origine sua, usque ad ea tempora, quibus in ditionem Moguntinam superiori saeculo uenit, describit, sed Moguntinis nimis fauet.*

Anonymus dictus l. d. cap. I § III p. 3 & seq. *Anno MDCLXXV Duderstadii octaui forma ordinis noua prodiit* Historia Erfurtensis, *quam* Ioannes Mauricius Gudenus, *haud exiguae dignationis tum apud Principem Electorem Moguntinum, tum Ministros rei Erfurtensium publicae praefectos Vir, confecit. Eam quidem aliquot ob causſas haud parum praedicare conuenit; sigillatim ob stilum, quo usus est, latinum, plus, quam alioquin apud scriptores Pontificios reperias, purum, suauem, perspicuum; dein ob ordinem scitum iuxta commodumque, quo Erfurtensium res, fataque continua annorum serie perstringit ac recenset: tum uero ob diligentiam, qua euoluendis ac expendendis ueteribus scriptis institit; quandoquidem duobus manu exaratis chronicis antiquis usus est; quorum unum auctorem agnoscit* Nicolaum *de* Syghen, *Monachum Petrensem, & adhuc Erfurti in coenobio montis Petrini adseruatur; alterum uero in peculio ueteris apud Erfurtenses, celebrisque* Schwengfeldiorum *familiae fuit; adhaec humanitate & beneuolentia* Petri Lambecii, *V. Cl. potiorum excerptorum ex* anonymi *cuiusdam* chronico Thuringiae, *quod in bibliotheca Caesarea Vindobonensi habetur, compos factus fuit. Probe tamen, quae subiicio, consideranda esse putem: nimirum,* (a) *quod auctor zelo religionis* ὑ κατ' ἐπίγνωσιν *incensus, saepius hac, illa re offendatur, ac durioribus aduersus eos, qui sacris e praescripto Augustanae confessionis utuntur, uerbis agat* (*uernacula*, dass der Autor durch einen unnöthigen Religions-hass sich oft formalisire) (b) *quod non plane nil affectui det, ac maiorem Sedis Moguntinae, quam ueritatis rationem habeat.* (c) *quod in generalioribus tantum haereat; a specialioribus uero sigillatim tractandis prorsus abstineat.*

(d) *Gundlingius* § XXX libri *de Henrico Aucupe*, adnotat. (z) p. 211; *Imprimis uero* Ioannes Mauricius Gudenus, *Erfurtensis historiae scriptor, culpandus est, qui dum in minutiis saepe haeret, huius concilii* (Erfurtensis scilicet, anno DCCCCXXXII ab *Henrico Aucupe* habiti) *memoriam deposuit, si quidem habuit unquam. Est enim uerisimile, eum hoc, quicquid est, non sciuisse, seu, ut dulcius loquar, tersiusque, nesciuisse.*

Quae cum ita sint, non inconsultum duxi, ceris miniatulis, quas minus bene dictis uiri quidam docti apposuere, in noua hac editione locum relinquere, ac uerbis illorum retentis, locis, in quibus humani quid passus est *nobilis* ceteroquin hic *annalium Erfurtensium conditor, scriptorque politissimus* *, ne imperitiores iis se implicent, correctionem adhibere. Quod quidem integra atque illibata uiri tam egregii fama atque existimatione fieri posse, nullus dubitaui.

* Priori elogio mactatum uideas ab doctissimo *Heumanno*, epistola *de Claris Bonis*, quae VI est libri I, tomum II *Poeciles* inchoantis, p. 75; posteriori uero ab *Sagittario* l. d. epistolae supra excitatae.

Quod ceteroqui curae mihi fuerit, ut maculis deterſis, nominibusque perſonarum, urbium & locorum propriis, titulis itidem ſcriptorum allatorum diuerſo typi genere expreſſis, lectorum commodo conſulerem, ac nonnullis tum emendandis, tum illuſtrandis mea ex penu, paupere licet, adnotatiunculas quasdam adferrem, cum leuis id operae res uideri poſſit, non eſt, quod multis moneam.



REVE-

REVERENDISSIMO. EMINENTISSIMO
SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO
DOMINO
LOTHARIO
FRIDERICO
SANCTAE. SEDIS. MOGVNTINAE
ARCHIEPISCOPO
SACRI. ROMANI. IMPERII. PER. GERMANIAM
ARCHICANCELLARIO
ET
PRINCIPI. ELECTORI
WORMATIENSI. ET. SPIRENSI
EPISCOPO
WEISSENBVRGENSI. ET. ODENHEIMENSI
PRAEPOSITO
PATRIAE. PATRI
DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO

VT

VT. ET

REVERENDISSIMIS. ILLVSTRISSIMIS

METROPOLITANAE. MOGVNTINAE

ECCLESIAE

PRAEPOSITO
DECANO
CVSTODI
SCHOLASTICO
CANTORI

OMNIBVSQVE

CAPITVLARIBVS
HEREDITARIIS. DOMINIS
PATRIAE. COLVMNIS

DOMINIS. SVIS. GRATIOSISSIMIS

SVAE. CELSITVDINIS. DEVOTISSIMVS
SVORVM. CVLMINVM. ADDICTISSIMVS
IOANNES. MAVRITIVS. GVDENVS
SALVTEM. ET. PROSPERITATEM. PERPETVAM.

Erfor-

ERfordiam ueſtram offero, SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR, REVERENDISSIMI ET ILLVSTRISSIMI DOMINI! *fidelem* EMINENTISSIMAE SEDIS MOGVNTINAE *Filiam.* Eius res a cunis geſtas proſecutus ſum, fortes, prudentes, etiam iniquas, & priuatae utilitatis libidine corruptas; ſed nec Matris uigilantiam, neque peccata ſilui, dum aut diſtracta factionibus, aut amoribus erga filiam indulgens neglexit diſciplinam, & ad inſolentiam fores laxauit; utrumque facit ad futurorum temporum cautelam, ad quam ut uirtutes maiorum, ſic eorundem uitia nobis ſeruiunt. Vobis autem EMINENTISSIME ELECTOR, REVERENDISSIMI DOMINI, inſcribendam Hiſtoriam cenſui, quum nec ab urbe ueſtra, nec a me proficiſci quicquam poſſit, quod non VESTRIS CELSITVDINIBVS debeatur: illa tuum, ELECTOR, aduentum magnis uotis expectat, auitam ſubiectionem, quam REVERENDISSIMIS ac ILLVSTRISSIMIS LEGATIS pronuper iurauit, coram teſtatura: parat triumphales arcus, erigit theatra, nec non iraſcitur iniquitati temporum, quae & benigniſſimum aſpectum differunt, & haec obſequii debita retardant. Adeo non ſupereſt ueteris moroſitatis ueſtigium, non ſcrupulus, ſed amore, ſed obſequio deuotiſſima *fidelis Erfordia.* Immo non peccare, ſed antiquiſſimae ſubiectionis promptitudinem exprimere magis uoluit generoſa filia, illarum imitata exemplum, quae leui ſe macula tingunt, ut reliqui corporis nitor ad maiorem uenuſtatem cogatur; aut ſi nuperi temporis naeuus pudorem adhuc onerat, tot dexteris, quot ciues numerat populoſiſſima ciuitas, eundem diluet, quidquid peccatum eſt, ſaecularibus officiis compenſatura. Ego ſeruorum infimus, felicitatis meae complementum arbitror, ſi ELECTORALI CELSI-

TVDINI TVAE, non ſolum iis in muneribus quibus clementiſſime ſum admotus, ſatisfaciam, ſed inſuper in omni ſeruitiorum genere famulari poſſim. Et quis non ſummam felicitatem credat, illi SERENISSIMO PRINCIPI ſeruire, qui affabili humanitate complectitur ſubditos, qui dura regiminis initia ſingulari prudentia mitigat, & ſapienti diſpenſatione ipſa quaſi fata flectit: haec prudentia, haec uirtus, & dignae tanto Principe actiones uberem aliquando hiſtoriae materiam ſuppeditabunt, atque ſufficiet LOTHARIVS FRIDERICVS, qui ut *imago boni Principis* proponatur. Fateor meliora bonitati tuae tempora, quam iniqua haec praeſentia ſunt, debita fuiſſe, uerum nobis potius & Reipublicae his in periculis de optimo principe numen proſpicere uoluit, quam uirtutes tuas compenſare. Et VOS, REVERENDISSIMI ILLVSTRISSIMI DOMINI, Electoratus columnae, uos prudentia ueſtra Rempublicam fulcitis: faceſſat equi Troiani ſeu fabula, ſeu hiſtoria, REVERENDISSIMVM METROPOLITANAE CAPITVLVM eſt, quod tot Heroes, tot illuſtriſſima uirtute generoſos, felici ſocietate geſtat: maiorum uirtutes, antiquiſſima ſtemmata, nobilitas, ſanguis ibi confluxere. Veſtra inſignia, ueſtra arma Reipublicae incolumitatem ſpondent: hi ſuſtentant *trabibus*, illi *crucibus* protegunt, rigant *conchis*, ſymbolis extollunt, pars defendit *leonibus*, omnes acceptis a maioribus inſigniis MOGVNTIAM & ELECTORATVM ſuſtinetis, ornatis. Ne dubitate, PRINCEPS ELECTOR, PRAELATI, DOMINI! diſcutientur, quae ſerenitatem patriae turbant ſpiſſae nubes, & optatiſſimam pacem aurora reuehet, atque tunc credita METTERNICHIANIS CONCHIS Reſpublica & uos, SERENISSIME ELECTOR, HEREDITARII DOMINI, uigilantiae fructibus, ac debitis uirtutum praemiis fruemini, id quod ut eueniat breui, & ad ſeros duret annos, flagrantiſſimis uotis exopto.

CAN-

† † †

CANDIDE LECTOR!



N tibi, ciuitatis amplissimae historiam, & populare in ea regimen exhibeo: neque illud solum, sed &, quod antecessit, optimatum; ubi uitia simul, quibus plebi optimates succubuere, & uirtutes huius, quibus istis praeualuit, deinde eiusdem plebis errores, queis suum tandem statum corrupit, quasi in scena uidebis. Illustrius argumentum frequentissimae mutationes dedere, quibus ciuilis haec societas semper agitata: auxerunt illud infinitae contentiones, dum non intus solum per scelera & uirtutes de curia, sed & extra magnis praetensionibus de imperio urbis certatum est; insuper uictricia, quae hinc inde circumtulit arma, nec non res aetate nostra, & modo nuper gestae historiam commendabunt. Istis omnibus ad praesens argumentum, & conatum similem prouocatus sum, quo, sed excellentius fateor, uersatissimus in omni antiquitate PETRVS LAMBECIVS *Hamburgensia,* SERARIVS *Moguntina* & *Wurceburgica*, LEHMANNVS *Spirensia,* BROWERVS *Treuirensia* ac *Fuldensia,* iamque olim IOANNES de BEKA & WILHELMVS HEDA *Vltraiectina,* AVENTINVS, BRVNNERVS *Boiarica*, horumque *Ludouicum* BVRGVNDVS, ALBINVS *Misnica,* STRADA & GROTIVS *Belgica,* alii alia uel uniuersaliter, uel partes prosecuti sunt. Ista illustrissima ars est, & ingeniosissimum inuentum, quo Celsissimus Princeps FERDINANDVS, suae PADERBORNAE *Monumenta,* ex Romana, Francica, & Saxonica antiquitate eruit, tradetque illustrius in illa, quam magnis uotis expectamus historia. Praenobilem Hamburgensium scriptorem LAMBECIVM praedicaui? eidem haec historia multa debet; quippe per fratrem meum CHRISTOPHORVM, qui nomine Eminentissimi Electoris Moguntini in aula Caesaris Augustissimi residet, eius mihi fauorem conciliaui, cuius beneficio accepi, quae ex *Anonymi Chronico Thuringiae MS.* Augustissimae Bibliothecae Cesareae Vindobonensis, excerpsi. Seruet utinam rei literariae hunc Virum Numen! ut quae praeclarissima partim incepit, partim adhuc meditatur uolumina, praesertim illa, quae subiunctus libro quinto *Augustissimae Bibliothecae Caesareae* catalogus spondet, complere ualeat. Ceterum loca nonnulla, ex quibus res iam olim gestas desumpsi, allegare libuit, quod quidem contra Historiographorum morem esse uideri posset, multis ea studio silentibus; attamen ita mihi, & in hoc non parui nominis antecessores

ſequi placuit. Allegaui interdum factis recentiores, ut, qui antiquioribus deſtituuntur, ex iis ſupplere meam breuitatem poſſint. Chronica Erfurtenſia MSta quod attinet, ea habentur hic uaria, quae ipſa alicubi *Lipſius* praedicat. Editum hactenus uidi nullum. Secutus ego potiſſimum duo: *Petrenſe* alterum, circa annum Chriſti MCCCCXC a *Nicolao* de *Syghen*, iſtius coenobii Monacho, prudenter conſcriptum, id quod Reuerendiſſimi Abbatis ADAMI gratia obtinui. Alterum antiquius, a nobiliſſima *Schvvengfeldiorum* familia ſucceſſiue continuatum. Illud addo, me pronuper, libello praeſente iam ultra dimidium typis dato, in Eichsfeldia nonnullos antiquiſſimae monetae nummos argenteos a ruricola coemiſſe; illa ſe accepiſſe a maioribus aſſerit, latuiſſe ſub terra, lineamenta occupans lutum euincit. Eorum unum, a *Ludouico* primo Landgrauio, & tertio in Thuringia ex hac familia Moguntino Vicedomino, cuius etiam imaginem exhibet, cuſum, inciſum aeri libro primo Hiſtor. n. XI adiunxi (a), & antiquitate ſua, & notabilibus aliis publico dignum; illudque aduertendum, quod ut Vicedominus Rotam Moguntinam ſibi appoſuerit. Nummum autem *Ludouici* primi, Caeſaris *Lotharii* generi eſſe, ex eo liquidum eſt, quod nullus unquam prouincialis, ut ſe uocat, Comes, Moguntiae uices in Thuringia egerit, quam iſte *Ludouicus*: quo de nummo, poſt impreſſionem libri primi reperto, cum in textu ſcribere nihil potuerim, haecce paucula adferre uolui (b). Faue, Lector, ac uale, nec non eo, quo ſcripſi, animo accipe.

(a) Sed enim p. 31, quam auctor hic loci deſignat, motum, huc, quo illum deſcribit, translatum conſpicis.



(b) *Tenzelius* § CCXX *Supplementi II* ad *Hiſtoriam* Sagittarii *Gothanam* p. 482; *Erras* Gudenus *in* Hiſtoria Erfurtenſi *p.* 31, Ludouico I *Landgrauio hos nummos tranſcribens.*

Sagittarius epiſtola *de antiquo ſtatu Thuringiae* p. 66; *Rotam quoque in nonnullis conſpicimus* (nummis ſcilicet, in agro Svvarzburgico-Rudolſtadienſi repertis, ac imagines *Ludouici I* Comitis prouincialis, uel filii *Ludouici* cognomine *Ferrei* praeferentibus) *an autem Vicedominatus Moguntini teſtem* (*quod de ſuo in praefatione praedicat* Cl. Gudenus) *ambigo.*

Ceterum *Sperlingius* in epiſtola *de nummis cauis* p. 27 auctorem hic faſtus cuiusdam arguit, dicitque; *Nihil aliud uult haec rota, quamuis* Gudenus *ex illa Landgrauios Moguntinis ſubiectos inferat, qui faſtus eſt eccleſiaſticorum Romanae eccleſiae, omnes omnino Principes, eorumque dignitates ab ipſis fluxiſſe perſuadere conantium* cet.

HISTO-

Edit. 1

HISTORIAE ERFVRTENSIS
LIBER I.

ERFORDIA S. Moguntinae Sedis filia, Thuringiae metropolis, communi rerum humanarum fato exilibus initiis nata, creuit, floruit, adoleuit, cecidit, nec sanctam Matrem minus respexit, quam cum iacuit; scilicet malis, quibus culpa sua premebatur, obstinatior, ei offensa, cuius amorem & consilia respuerat: uerum licet dyscola, tamen filia mansit. Igitur mater in iacentis auxilium nunquam non prona, donec tandem iterum erexit diu reluctantem. Haec narrare mihi consilium est cum studio ueritatis.

I Ad *Geram* fluuium, quem Gabreti montes in hanc Thuringiae planitiem effundunt, non conditoris cuiusdam destinatione, sed fati, coniunctis e uicis & tuguriis urbs haec concreuit. Quippe maiores nondum illecebris corrupti, umbra arboris, uel intexto cespite contenti, non illis urbs, non fixa sedes, nisi quod fatorum spicas expectarent, post greges per campos & nemora, uirtutes suas circumtulerunt. † Perstitit innocens felicitas, usque dum gentium illi fluctus omnem ferme Europam inundarunt: *Attila* ex Pannoniis exercitu quadringentorum millium uenit, Thuringi uix antea auitis circa Isalam sedibus a *Clodio* (*a*) Francorum secundo rege pulsi, exutique Duisburgo (*b*) *Onistrutae* & *Gerae* fluenta insederant, exilium in patriam mutaturi. Illa (*c*) e saxeis Eichsfeldiae montibus supra Dingelstadium scaturit, inde longissimo tractu septentrionalem Thuringiam interfluit, uariis postmodum riuis auctior, ipsaque *Gera* prope Gobesen recepta, Finnicos montes ad Saxenburgum (*d*) perrumpit, ac uerso ad Austrum fluxu patriae orientales terminos alluit, donec limitantem eandem Salam infra Naumburgum subit. Attilae uiribus impares Thuringi, donis & subiectione hostem conciliarunt, postea expeditionis socii. Caeso in Catalaunicis campis tyranno, & in latibula reuerso, ne segregos par calamitas iterum obrueret, arces extruere, sua iungere mapalia coeperunt, ut uiribus unitis fortiores certatim omnes excubarent †. *

Maiorum uiuendi ratio

† pag. 2

Attilae aduentus

Causam urbibus extruendis praebet.

(*a*) Aimoinus *lib.* 1 *cap.* 4, *quem sequitur* Ioannes de Buffieres *Hist. Franc. lib.* 1 *cap.* 4.

(*b*) *Alii* Disparium, Duispargum & *aliter uocant, de quo eiusque situ uaria apud* Chifletium *in* Anastasi Childerici Regis *cap.* 1 *in* Clodio.

(*c*) Buffier *d. lib.* 1 *c.* 24 *de amne* Onestrud *ait*: quis ille fuerit certo non scitur. *Sed nobis in his partibus est notissimus.*

(*d*) *Situs loci fabulae causam dedit, quasi arte perrupti montes, & antea in aquis stagnauerit Thuringia.*

† *Sagittarius* epistola supra excitata p. 13; *Est in manibus meis* Erfurtensis Syndici libellus, *ut uocatur*, articulatus in caussa Archiepiscopi Moguntini contra ciuitatem Erfurtensem *praesentis saeculi anno quinto concinnatus, quo in artic. XXXIII & XXXIV hoc ipsum indubitato asserit, tyranni* (*Attilae* scilicet) *etiam irruptionem muniendae Erfurto ansam dedisse affirmans.* Cl. Gudeno *quoque idem fere placuisse uideo in* Historiae Erfurtensis *frontispicio scribenti*: *Attila* ex Pannoniis ——— certatim

tatim omnes excubarent. *Mallem hic auctores suos laudasset uir doctissimus. Quamuis hic non* Riuandrum *aliquem, aut de* Thuringiae Landgrauiis anonymum, *sed in uetustis rebus uetustos quoque testes exoptem: quo in (quod pace politissimi scriptoris dixerim) non raro uidetur peccasse.* Et lib. II *Antiquitatum Regni Thuringici* cap. V § 23 p. 182 & seq. *Mihi proinde placere haud potuit, quod doctissimus* Gudenus, *quae de* Attilae *rebus in Thuringia circumferuntur, uero consentanea esse putauit, &* Historiae *suae* Erfurtensi *inserit, sic ibi scribens: Attila* ex Pannoniis *cet. Si enim ab eo, quod* Attila *suo in exercitu Thuringos etiam habuerit, quippe quod* Sidonius *diserte testatur, illorum, quae* Gudenus *hic tradit, ne quidem in uetustis historiarum monumentis reperitur.* Edit. I

* *Anno* MCCL.

Erfordiae initia, situs, nomen.

† (*a*) Praesertim pinguis gleba, quam *Gera* eo loci humectat, ubi † pag. 3
colles in planitiem utrimque recedunt, agricolas inuitauit; illi fluminis commoditate, campisque inducti, ad *Gerae* uadum prope collem, (*b*) cui arcem aut uenaticam domum Rex Thuringorum *Merouens* imposuerat, tuguria figunt, hinc *Gerfurdia* (*c*) hodie *Erfordia* surrexit. Haec cum reliqua prouincia *Wasini* * imperium adorauit, (*d*) quem Thuringi sibi Regem fecerant.

VVasinus Thuringorum Rex.

(*a*) Laurentius Peccensteinius *in* Theatro Saxon. *de* Erfurto, *it.* Chronica Thuringica *communiter.*

(*b*) Ernestus Brotuff *in* Genealogia Principum Anhaltinor. *cap.* 2, *ubi de ducibus* Merwigisburgiis. *Ad agnoscendum plerorumque errorem, uide, quae dicam infra ad annum* 1074.

(*c*) Peccensteinius *dicto loco.*

Auctor dictus libri uernaculi, *'Nachricht von den vornehmsten begebenheiten der uralten und berühmten Haupt-Stadt Erffurt* cap. III § 1 & 2 p. 10 & seq. Gudenus *lib. I* Historiae Erfurtensis *cap.* 1 Erfordiam *a fluuio* Gera *dictam uult, quasi* Gerfurdiam ——— *Mihi tamen non una caussa est, cur nomen* Erpisfurt *pro antiquissimo habeam, & ceteras reiciam etymologias.*

* *Anno* CCCLCX.

(*d*) Riuander *in* Chronico Thuring. *p. m.* 30.

Francis tributarius.

Nec tamen ita res suas firmauere, quin nouis etiam in sedibus Franci tributa indixerint, aut forte sub tributorum legibus hanc continentem assignauerant uictores, cum ex auita prouincia pepulere. Quae cum interrumperent, uicti * (*e*) atroci bello ad pristinos census adacti sunt; igitur ulterius pependerunt, usque dum indigena Regum stirpe fratricidiis extincta prorsus in Francorum potestatem laberentur. Etenim *Wasinus* * Thuringorum Rex (*f*) cum filios tres haberet *Hermanfridum, Waldericum* & *Wertharium*, † in eos hereditatem † pag. 4
diuisit. Vixissent forte sua contenti fratres, nisi cupido muliebris concordiam rupisset. (*g*) Fuit *Hermanfrido* uxor *Dietheri* Gothorum (*h*) in Italia Regis filia, cui *Ammelwerta* nomen; haec paterno tumida spiritu, sexus auaritiam dolis & crudelitate nutriebat, & cum accubituro ad prandium marito, dimidiatam solum mensam instruxisset, ac dimidiato Regi conuenire talem exprobrasset, ulterius ad exuendos coheredes incitans, *habes*, inquit, *fratres, qui non contenti potissimas partes regni paterni, uirtutibus tuis ex integro debiti, praeripuisse, nostris etiam facultibus insidiantur, nec dubita uelle quod possunt, possunt autem potentia duplo maiori te diripere. Cessat fraternus amor, ubi bona incipiunt. Igitur ne ictum expecta, sed quod prudentis est, auerte, ac ubi uires non suppetunt, dolo rem age. Ecce in primis adhuc haerent consiliis, & sicut accinctis eris impar, ita facile dum arma cudunt, opprimes. Nec tamen simul lacesse*, Wertharium *sicut imbecilliorem uiribus, sic inuidia tumidiorem euerte, facile postmodum huius spoliis ualidior* Waldericum *debellabis, & ad paternam potentiam ascendes. Postulat hoc natorum tuorum felicitas, quos frequentes tibi genui, pluresque uterus spondet: alias enim uel inuidia fratrum exulabunt, uel saltem exigui patrimonii quod habes, diuisione ad priuatorum fortunam redigentur.*

* CCCCLX-XXXIII.

Filiorum eius discordia.

Suffiata a femina.

(*e*) Riuander *ad hunc annum.* * *Anno* DXVIII.

(*f*) Sige-

Edit. I

(f) Sigebertus *ad eundem annum*, Gregorius Turonenſis *Hiſtor. lib.* 3 *cap.* 4, *quos ſequitur* Buſſieres *Hiſtor. Franc. lib.* 1 *cap.* 2, Riuander *in* Chron. Thuring. *ad an.* 518. *Conf.* Anonymi Chron. Erfurt. mſ.

(g) Riuander *ad hunc annum.* (b) Aimoinus *de geſtis Francor. lib.* 2 *cap.* 9, Buſſieres *dicto loco.*

II Suffecit uxoris oratio ad ſcelus, quod ut felicius perpetraret *Hermanfridus*, non † fratrem ſolum, ſed gentium iura uiolat, nulloque feciali praemiſſo, * *Wertharium* tale nil metuentem circumuenit & trucidat. Vidit ſtatim, quo res ſpectarent *Waldericus*; nihil ergo cunctatus, arma corripit, ac militem legit: auxerunt exercitum trucidati fratris ſubditi necem Domini uindicaturi. Cumque *Hermanfridus* uelitationibus aliquot impar eſſet, belli ſummam, & ſuae ſimul fortunae committere proelio diffidit; ſed cum uires propriae non ſufficerent, de alienis circumſpicit. Erat tunc *Theodoricus* nominis huius *primus*, Francorum Rex, & potentia, & fama illuſtris, quippe regnum Metenſe, (a) quod Auſtraſium poſtea, tenuit, ſedemque ſuam Metis habuit. Huius auxilia *Hermanfridus* rogat, quaſi a fratre iniquiſſime impetitus, nec gratis opem flagitat, ſed hoſtilis prouinciae dimidium (b) ſpondet. Non erat hic de alieno liberalior, quam dilatandorum finium cupidus Franco. Praeterea fuit hic *Theodoricus* nepos ex fratre uterino *Hermanfridi*: ſcilicet iſtius auus *Hildericus* (c) Rex Francorum † adhuc ethnicus (d) a ſuis ob libidinem (quam licet foedifragi, (e) tamen caſti Francones odio habebant,) pulſus, in Thuringiam ad *Waſinum*, quem dixi, fugit, ac profanata hoſpitii ſanctitate uxorem eius uiolauit. Poſtea reuerſus in Galliam, ubi *Aegidium* (f) origine Gallum, dignitate Patricium, antea a Romanis ſuis in Gallia reliquiis praefectum, interim creatum a Francis Regem in ſolio reperit, parte regni, Vidomari artibus recuperata, quoad *Aegidius* uixit, contentus. Secuta eum *Waſina*, Regina Thuringiae, deſerto marito. (g) Ex hoc adulterio continuata Maerouingiorum ſtirps, & *Clodouacus* (h) magnus, *Theodorici* eiusque fratrum *Clotharii*, *Clodomiri*, & *Childeberti* parens genitus. Horum, *Ammelwerta*, quam dixi, fuit ex ſorore neptis; (i) hinc aemulationis incitamentum.

Hermanfridus Wertharium *fratrem necat.*

* DXVIII. *quam necem uindicare intendit* Waldericus.

Hermanfridus Theodoricum *inuocat, cum eoque foedus init.*

Maerouingiorum dynaſtia ex adulterio continuata.

(a) Aimoinus & *ex eo* Buſſieres *Hiſtor. Franc.* 1 *cap.* 21; *ubi tradit, quomodo* Clodouaei *liberi regnum diuiſerint*; Henſchenius *in* Diatriba *de* tribus Dagobertis *lib* 3 *cap.* 5. Trithemius *ſub* Clodouaeo & Clothario.

(b) Sigebertus *ad hunc annum.*

(c) Gregorius Turonenſis *Hiſtor. lib.* 2 *cap.* 12, Aimoinus *de* geſtis Francorum *lib.* 1 *cap.* 7 & 8, Buſſieres 1 *l. c. late. Hic ille eſt, qui nuper modo Tornaci inuentus & effoſſus eſt; de quo* Chifletius *in* Anaſtaſi Childericiana. *Vid. infra ad an.* 1664.

(d) Godefridus Henſchenius *in praefat.* Diatribae *de* tribus Dagobertis.

(e) Saluianus Maſſilienſis.

(f) Gregorius Turonenſis *l. d.* Aimoinus *l. d. cap.* 7.

(g) Riuander *in* Chronico Thuringiae *p.* 33. & Hiſtor. *iam citati.*

(h) Gregorius Turonenſis *dicto loco*, Aimoinus *lib.* 1 *cap.* 12.

(i) Sigebertus *hoc anno.*

Venit ergo *Theodoricus* cum ſelecta militum manu, quos inſignis Francorum diſciplina conſuetudini bellorum addixerat. Vincitur impar uiribus *Waldericus*, & † omni prouincia exuitur. Verum *Theodoricus* (a) fruſtra fidem ab *Hermanfrido* expectat, qui per fratrum neces eo potentiae iam aſcenderat, ut impune contemnere foederatum poſſet; nec contentus hic foederis leges non adimplere, ſed nouis uiribus tumidus iniuriam, quam intulit, bello continuat. Trucidatis (b) obſidibus Franconiae agros ad Moenum uſque depopulatur, & eo res deuenerat, ut *Theodoricus* uicinam potentiam, quam antea diuiſam, & imbellem deſpexit, conſiliis ſuis maleſanis unitam in uiſceribus ſentiret. * Ergo & *Theodoricus* opem *Clotharii* fratris inuocat per Neuſtriam, & Burgundiam imperitantis. Promptior hic ad auxilia, quod orbi fratris hereditatem ſperaret. Ambo ualidum exercitum in Thuringiam ducunt, & ad Ronnebergam contra hoſtem caſtra locant: educuntur inuicem acies: initia proelii dolo *Hermanfridi* turbata: is capaciſſimam foſſam ante exercitum duxerat, inſtratis ramis, frondibusque arborum opertam,

Vincitur Waldericus. *Hermanfridus arma in foederatum uertit.*

Theodoricus opem fratris Clotarii inuocat.

Franci ad Ronnebergam cum Thuringis pugnant.

opertam, ut una campi series, nec ullibi scissa uideretur. Franci so- Edit. I
lita furoris primi uehementia, inuolare hostem, per cespitem ruere, turbari: plures iam ordines, fraus absorbuerat, donec ea cognita utrimque declinata fossa, & armis pugnatum est, decertatum aequo marte in
Obsidetur Hermanfr. *in Scheidinga.* secundam † diem, (c) tertia profligatus *Hermanfridus* in arcem *Scheidingam* ad Onistrutam fluuium ex acie fugit. † pag. 8

(a) *Mscr.* Chronica Erfurt. Riuander & alii Historici Thuringiae, Sigebertus *ad annum* 523, Trithemius *l. d.* & Abbas Vrspergensis.
(b) Gregorius Turonensis *lib.* 3 *Hist. cap.* 7. * DXXIV.
(c) Chronica Thuringiae.

Erat haec munitissima, ut conatus Francorum facile frustraret, ac cum bellum conficere breui cuperent, Saxones in aequas portiones inuocant. Hi Thuringis, ut inter uicinos solet, multum infensi, ueniunt
Saxones in aequas portiones inuocant Franci. sub Duce *Bernwaldo*, (a) Ascaniae Domino, nouies mille armati. Vix adsunt, & primo furore, quem spes praedae succenderat, suburbia capiunt, perpetuis etiam insultibus obsessos fatigant, quibus tandem animos extrema necessitas addidit, cumque moriendum esset, extra muros maluerunt. Erumpunt ergo in obsidentes in ultione morituri. Saeuiit hic furor in Francos potissimum, quorum sex millia ceciderunt. Dedit clades spem pacis, quam per legatos a *Theodorico* petiit *Hermanfridus*, nec erat ille ab ea alienus, cui auxiliaris potentia iam tum inuisa esse coepit, sua per nuperam eruptionem labefactata; Didicerat enim ex perfidia hostis, quam aegre foedera inter inaequales, & non nisi cum onere debiliorum perdurent. Non potuerunt hi pacis tractatus Saxones latere, qua secuta Francones & Thuringi domum illos sine praeda dimisissent, aut pepulissent inuitos. Igitur exasperati internecione *Hermanfridi* negotium abrumpere cogitant, & omni conatu Scheidingam † oppugnant. Cessit expugnatio feliciter trucidato omni prae- † pag. 9
Erumpunt obsessi.
Expugnatur Scheidinga. sidio. Verum elapsus erat *Hermanfridus* cum uxore & liberis. Hoc modo Saxones in Thuringia res suas ita firmauerant, ut inuitum etiam *Theodoricum* ad promissa cogere possent. Assignauit hic iis omnem tractum inter Onistrutam fluuium, (b) & Femanam syluam, cui firmando Saxenburgum arcem in alto monte exstruxere; ipsa uero *Scheidinga*
Pars Thuringiae Saxonibus cessa. Saxenburg *extruitur.* Praefecto militiae Ascanienſi mansit, unde hodiedum eius posteris, antiquissimae prosapiae Ascaniae Principibus, illius dominium competit. Ipse
Hermanfridus *interfectus.* postea *Hermanfridus* spe conciliationis ad *Theodoricum* uocatus ab hoc perfide interfectus est. Nam cum in ambitu muri deambularent, (c) Franco Gallus inopinantem deiecit, sicque dolo periit, qui alios fraude euertit. Non mitius supplicium liberos mansit, atque hoc casu Thuringia in Francorum potestatem lapsa, quam *Theodoricus*, cum sine prole decederet, in *Clotharium* fratrem una cum reliquis prouinciis Francia, Rheno, Hassia, & Metensi regno transtulit.

(a) Ernestus Brotuff *in* Genealogia Princip. Anhaltinorum *cap.* 1 & 2, *ubi* Bernthowaldum *nominat.*
(b) Cranzius *lib.* 1 *cap* 31, Brotuff *citat. loc.*
(c) Chronic. Thuringiae *hoc anno*, Gregorius Turonensis *lib.* 3 *cap.* 8, Aimoinus *lib.* 2 de gestis Francorum *cap.* 9.

Ast supererant Thuringicae stirpis Regiae soboles, (a) sublati fraterno scelere *Wertharii* filius & filia. Nec credidit Francus possessionem tutam, quamdiu heredes Regni superessent, malae fidei indices, &
† magnetes nutantis uulgus, neque dubitauit maiori crimine firmare † pag. 10
Imperium, quam rapuerat. Adolescentem regium, fortunae solius culpa nocentem, quod a Rege natus esset, occidit: non minori scelere filiam
Clotharii *polygamia.* *Radegundem*, (b) uxori *Gundiacae* superinduxit, sed quae sexto post anno, cum per adulteri uiolentiam citius non liceret, huic thoro ualedixit, ac Pictauii in solitudinem sacram se abdidit, innocentia morum expiatura alienum scelus, imo eadem expugnatura caelum, in quo numero Sanctorum, postquam obiit, adscripta est. Post haec, * cum
* DL. *Saxones Francis tributarii.* Saxones, quos in uiciniam adduxerat, insolescerent, eos tributarios fecit, quingentis (c) uaccis in annos singulos imperatis, transmisitque per

nepotes

Edit. I nepotes in *Dagobertum* *(d) Francorum Regem, qui & nominis huius primus & *Magnus* dicitur. * DCXXI.

(a) Buſſieres *lib.* 1 *cap.* 24. (b) Gregorius Turonenſis *lib.* 3 *Hiſt. cap.* 7.
(c) Fredegarius *cap.* 74. (d) Fredegarius *cap.* 47 & 53.

Huic pater Auſtraſiae regnum ceſſerat. (a) Saxones nouum regem aſpernantur, tributa negant, (b) inſuper in Thuringia praedas agunt. Ille a patre adiutus, ingenti exercitu hoſtes fundit, *Bernthowaldum* Ducem necat, uicti prioribus legibus ſubiecti ſunt. *Dagobertus* prope † pag. 11 Erfordiam conſederat: (c) cum † regiam dignitatem magis campus, quam horrea iſta, & caſae decerent, nominis ſui oppidum ibi reliquit, (d) auctum ſaepe in amplitudinem aliquam, ſed urbis uicinae ſtudiis iterum depreſſam. * Poſtea Winidi irruperunt in Thuringiam, & Sclaui (e) Francos infeſtarunt. Cum Rege iſtorum *Samone Dagobertus* iterum bello conflixit, * utque fideles (f) finium tutores Saxones haberet, a tributis per *Clotharium* ſeniorem impoſitis liberos dixit.

Dagobertus pugnat contra Saxones.

Dagoberti ſtadii initium.

* DCXXXVI Dagoberti *cum Saxone bellum.*

* DCXXX-VII. *Saxones a tributis liberos dicit.*

(a) Godefridus Henſchenius *in* Diatriba *de* tribus Dagobertis *lib.* 1 *cap.* 4 *& ſeqq.* Fredegarius *cap.* 47 & 53.
(b) Brotuff *in* Genealogia Principum Anhaltinorum *cap.* 5.
(c) *Mſcr.* Chronic. Erfurt. (d) Becherer *in* Chron. Thuringiae.
(e) Fredegarius *cap.* 68. 74, & *ſeq.* Buſſieres 2 *cap.* 11 & 13.
(f) Fredegarius *dictis locis.*

Fecit interim commoditas ſitus, & labens per ſinum fluuius, ut prae ceteris Thuringiae oppidis *Erfordia* creſceret. Nec intermiſerunt a *Theodorico* hucuſque Chriſtiani Reges ſementum fidei ſpargere. Non adeo cecidit illud feliciter in ſulcato necdum agro. (a) Mores illorum (b) corrupti, qui uitae innocentia probare aliis ſacra debebant, Chriſti legem ſuſpectam reddidere. Zelus in Sacerdotibus tantae rei longe impar, ſed & numero defecerunt. Religioſorum coetus uſque ad *S. Bonifacium* ignoti: nam quae de uetuſtate quorundam circumferuntur, non ſuſpecta ſolum, ſed iam ante ſaecula ab Hiſtoricis (c) exploſa ſunt, & † apertiſſimis annalibus eliduntur. * Praeterea uicini Saxones Chriſtianis infenſi (d) a diſtractis Francorum in Gallia Regibus deficientes ſacra turbarunt.

Chriſtianiſmus primo, ſed minus feliciter in Thuringia introductus.

† pag. 12

(a) Serarius *lib.* 3 rer. Moguntiac. *lib.* 1 *uitae* S. Bonifacii *cap.* 28.
(b) *De quibus ſaepe queritur* S. Bonifacius *in ſuis epiſtolis.*
(c) Trithemius *in* Breuiario annalium *lib.* 1 *p.* 58, *& in* monaſterii Hirſaugienſis chronico *p.* 65. *Vide infra an.* 1074. * DCC.
(d) S. Ludgerus *apud* Serarium *lib.* 3 rerum Moguntiacarum; *Vitae* S. Bonifacii *lib.* 3 *notatione* 13.

III * Superuenit his initiis *Winfridus*, a uirtutibus deinde *Bonifacius* dictus, quae eundem Sanctis adſcripſerunt. Hic cum pluribus aliis ex tranſmarina Saxonia (ſic ipſe uocat (a) Britanniam:) ad Germaniae conuerſionem uenerat, credo recordationem originis ad has oras zelum iſtorum determinaſſe: Etenim ſeu Angli eſſent ſeu Saxones, (b) auitas ſedes, & ignotos communis trunci ſurculos iſtis in uiciniis inuenerunt. Is euacuatam Mogutiae ſedem (c) ex Romani Pontificis deſtinatione conſcendit, ac primus Archiepiſcopalem fecit, cum antea Wormatienſem ſuſpiceret. Venit in Thuringiam, & in hanc urbem, ubi tandem ethniciſmum prorſus extinxit. Ceterum quae tunc fuerit urbis conditio, *Bonifacius Zachariae* Pontifici per litteras nuntiat: cum enim Epiſcopalem Sedem huc locaſſet, Papae, a quo confirmationem rogauit, (d) * *Erphesfurtum iam olim fuiſſe urbem paganorum ruſticorum* ſcribit. Videntur † haec quidem nonnihil alia ab iis, † pag. 13 quae ſuperius de nomine urbis retuli. Verum quis non ignoſcet Apoſtolo Germanicae linguae tironi, ſi nomina locorum propria non accurate dixit. Idem in eadem epiſtola *Buraburgum* (e) nominat, incertum nobis, quid uoluerit; ac alibi (f) pro *Kitzinga*, *Ochſenfurto* praeclaris ad Moenum Franconiae urbibus *Kihhingen*, *Ochsnofurt* illa aetate legimus.

Aduentus S. Bonifacii.

Fit Archiep. Mog.

Ethniciſmum eliminat.

Erfordiae ea tempore conditio.

* *An.* DCCXX.

(a) *In* epiſtola *ad* Zachariam *Pontificem apud* Serarium *lib.* 3 Rerum Moguntiacar. *Vitae* S. Bonifacii *lib.* 2 *cap.* 2.

(b) Beda *lib.* 1 Hiſtor. Anglicanae *cap.* 15, *& lib.* 2 *cap.* 2, 5, 9, *&c.* Edit. I
(c) Zacharias *Pontifex in* epiſtola *ad* Bonifacium *apud* Serarium *l. d. cap.* 8 & 15.
(d) *Dicta* epiſtola *ad* Zachariam *Pontificem.*

* *Anonymus* ſemel iterumque iam dictus l. c. p. 11 & ſeq. Gudenus *ſatis animaduertit, haec* Bonifacii *uerba cum ea, quam probabiliſſimam iudicat, nominis deriuatione non conuenire. Proinde ea confutare nititur; ſed ieiune admodum, dum ſcribit:* Videntur haec quidem ——— non accurate dixit. *Certe ſi hoc eſt, auctorem, qui praeſens in loco fuit, in eodem epiſtolam iſtam ſcripſit, & ab incolis nomen loci curate didicit, refellere, ego ſane, quid confutare ſit, neſcio.* Haec *ille.* Qui plura uelit, adeat *Sagittarium* l. d. *Antiquitatum regni Thuringici* cap. VI § 11 & ſeq. p. 188 & ſeq.

(e) Bariuburgi caſtri *coaeui ſcriptores meminerunt, & ex iis* Buſſieres *lib.* 4 Hiſtor. Franc. *n.* 17.
(f) *Apud* Othlonum *in uita* S. Bonifacii *lib.* 1 *cap.* 30. *ſecundum ſectionem* Serarii.

Ciuitas aduerſus ethnicorum uiolentiam, Praeſulem fideliter protexit: Ille dum ruricolas in religione Chriſtiana erudiret, a paganis inſidias, (a) ſaepe uim etiam expertus eſt, quam, naturae licentia uſus, interdum repreſſit. Vbi maior uis immineret, cum ſuis ad urbem fugit, inde ciues in paganos eruperunt, ſicque in his eccleſiae initus, illi qui ueritatem Chriſtianam praedicauerunt, etiam armis aduerſus iniurias defenſi ſunt*. Permiſit *Zacharias* Pontifex (b) Romanus, *Erfordiae* peculiarem Epiſcopum nominare, dictusque *Adelarius* *. In alimoniam Praeſulis & Cleri praedia quaedam, hominesque dati. Serui, qui per annum matrimonium iniuerant, † ſinguli duodecim denarios ſoluerunt (c). † pag. 14 Decimas, ſolitos iſtius temporis prouentus, ſoluere Thuringi recuſarunt, imo immunitatem ab iis ſibi pacti ſunt.

Adelarius a S. Bonifacio *Epiſcop. Erfordiae conſtituitur.*

(a) S. Ludgerus, *quem citat* Serarius *lib.* 3. Rerum Moguntiacar. *uitae* S. Bonifacii *lib.* 2 *notatione* 13, *p.* 462.

* *Sagittarius* lib. III *Antiquitatum Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici* cap. XXVIII § VI p. 350; *Vt adeo mirer, Clariſſimum* Gudenum *fabulam* (de commiſſa ſcilicet *D. Bonifacii* cum Hungaris pugna) *in* Hiſtoria *ſua* Erfurtenſi *pro uera hiſtoria habuiſſe.*

(b) Serarius *lib.* 3 Rerum Moguntiac. *uitae* S. Bonifacii *lib.* 3 *cap.* 2 & 3.

* *Sagittarius* epiſt. *de antiquo Thuringiae ſtatu* p. 383 Serarius *primum, eundemque ultimum Erfurtenſium Epiſcopum facit* Adelarium: *de quo maiora uel ipſe* Gudenus *attuliſſet.*

(c) *Epiſtola* Zachariae *apud* Serarium *l. d. cap.* 8.

Epiſcopatus Erfurt. iterum ſublatus & cur?

Mutauit breui conſilium *Bonifacius*, & ſublata ſede noua, Moguntinae ſacra Thuringiae ſubiecit. Vnde haec poenitentia, non omnibus eadem opinio. Quidam *Zachariae* Pontificis adhortationem adferunt: *Recordaretur, quae in ſacris Canonibus praecipimur obſeruare, ut minime in uillas aut modicas ciuitates Epiſcopos ordinemus, ne uileſcat nomen Epiſcopi.* Nondum autem iudicaſſe parem Epiſcopali dignitati hanc urbem quo proximam. Alii melius aſſequuntur, dum negatis decimis non ſuffeciſſe Epiſcopo reditus cenſent, atque agitaſſe iam conſilia de euehendo Moguntinenſi Epiſcopatu *Bonifacium*, eoque proniorem in eius commoda, ut Archiepiſcopatum non contemnenda dioeceſi decoraret. Probauit euentus conſilium, quippe mox ipſe *Bonifacius* Archi-Praeſul Moguntinus, atque hodiedum Moguntia hucusque pedum figit, poſtea gladio, ut mox dicam, armatum. *Bonifacius* triennio ante martyrium, (a) quod huius ſaeculi anno quinquageſimo quinto ſubiit, (b monaſterium & eccleſiam *B. M. Virginis*, non illam, quae hodie uiſitur ſtupendae molis, ſed tamen eodem loci erexit.

S. Bonifacius *monaſterium* B. M. *Erfurti erigit.*

(a) Anonymi *Chronic. Thuringiae.* Miſcr. Caeſareum.
(b) *De anno martyrii uariant nonnihil ſcriptores, ut uidere eſt apud* Arnold. Buchelium *in not. ad* Ioan. *de* Becka *hiſt. Vltraiect. uit.* de paſſione *Diui Bonifacii.*

Carolus & Witikindus *aemuli.*

IV † Secuti haec tempora fortiſſimi Heroes, alter Francorum † pag. 15 *Carolus*, alter Saxonum *Witikindus* (a), qui mutua aemulatione clari perpetuis (b) bellis collidebantur, & quoniam haec urbs *Carolo* ſubdita, uicina tamen Saxonibus, praecipua diſſidii mala tulit, imo deuictam ab

his

Edit. I his cum potiſſima Thuringiae planitie crediderim *, eo quod eorum exercitus ad Werram (*c*) usque penetrauerit, ubi prope *Trefordiam* (*d*) cum Francis ſed minus feliciter pugnauit. Repreſſis hoſtibus, & recepto in fidem *Witikindo* rurſus auitis dominis, ſcilicet Francis acceſſit. * Sub horum imperio *Otgarius* Archiepiſcopus Moguntinus Caeſaris fauore, & a negotiis geſtis inſignis reliquias *S. Scueri* (*e*) Epiſcopi (non Sacerdotis, cuius corpus Rauenna adhuc habet) uxoris (*f*) & filiae ex † pag. 16 Italia Erfordiam tranſtulit, † inque ſacello coenobii *S. Pauli* condidit, quod poſtea abolito priori nomine *Seuerianum* appellatum eſt. * DCCC-XLII.* *Translatio reliquiarum S. Scueri Epiſcopi.*

(*a*) *Non dico Regem, qualem nonnulli credunt, cum belli ſolum Dux fuerit, quod ex* Witikindo Corbeienſi *probat* Conringius *ad* Lampadium *parte* 3 *cap.* 5 § 17.

(*b*) Adelmus Benedictinus *Franc. Reg. annal. ad annum* 772 *& ſeqq.* Donatus Acciaiolus & Eginhartus *in uita* Caroli M.

* Conf. huc *Sagittarium* lib. III *Antiquitatum Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici* cap. XII § XI p. 189; cui, ut *Anonymus* ſaepius iam laudatus lib. I cap. IV § 4 p. 21 not. (*bb*) cenſet, auctor noſter *Gudenus* hic praeiuit.

(*c*) *Ita hodie uocatur fluuius hic, usque dum prope Munden Fuldam recipit, poſtea* Viſurgis *dicitur. Olim a fonte, quem in Hennebergicis montibus ſupra Meimungen habet, usque ad mare* Witraha *uocabatur. Vid.* Petrus Lambecius *in notis ad* Gualdonem *de uita* S. Anſcharii *cap.* 11 *v.* 15.

(*d*) Chronic. Haſſiae & Thuringiae.

* An. DCCCXLII. Ita auctor. Enimuero an. DCCCXXXVI id factum. Vide, quae dixi lib. IV *Rerum Moguntiacarum* in uita *Otgarii*, adnotatione § X *Seratii* ſubiecta p. 387.

(*e*) *Anonym.* Chronic. Thuring. *Mſcr. Caeſar.*

(*f*) *Etenim ante ſacerdotium fuerat uxoratus.* Rubeus *in* Hiſtor. Rauennatenſi.

* Idem *Otgarius* cum Thuringiam & Haſſiam, quoad ſacra pedo ſuo ſubiectam haberet, (*a*) debitas arae decimas primus exegit. Oppoſuit ſe *Buno* Hirsfeldenſis Abbas, atque interueniente *Ludouico* Rege lis dilata eſt, quam ſucceſſores frequentius, ſed infeliciter reaſſumpſerunt. Idem *Ludouicus* * (*b*) gentis concilium Erfordiae coëgit, in quo Magiſtratibus leges, & Cauſidicis litigandi modum praeſcripſit, neue qui iuſtitiam tueri debebant, ipſimet polluerent, prudenter cauit. Francos, quamdiu fortunam ſuis in obſequiis habuerunt, noſtra etiam ciuitas ſuſpexit. Ii Thuringis Praefectos dedere, qui regerent, Ducum & Comitum nomine. Comites iudiciis praeſidebant, Duces ad bella miſſi. * Vltimus horum *Burchardus* ab Hungaris caeſus interiit. Aſt cum Francica poteſtas Gallicis leuitatibus mollis in Germania uileſceret, ipſa Herbipolis cum opulento Ducatu ad Epiſcopum eſſet translata, demum haec etiam Thuringia * cum Imperii Romani maieſtate ad Saxones (*c*) deuoluta eſt. *DCCCXLV *Otgarius decimas in caſſum exigit.* *Ludouicus Pius Erfurti comitia celebrat.*** *Erfordia Francis ſubiecta.* * DCCCCIX * DCCCC-XIX.

(*a*) Mſcr. Petrenſe Chronicon. * DCCCL. (*b*) Annal. Fuldenſes.

** *Sagittarius* epiſtola ſaepius iam citata p. 41; *Falluntur ergo* Erfurtenſes ſcriptores, *& cum iis quoque* Cl. Gudenus, *qui, niſi ad marginem p.* 16 *notaſſet*; Ludouicus Pius Erfurti comitia celebrat, *crederem, de* Ludouico Germanico *intellexiſſe.* Annales Fuldenſes, *quos alioquin recte laudat, non ad an* DCCCL, *ſed ad annum abhinc ſecundum referunt; quamuis id malim librario, Cl. quam auctori adſcribere.*

(*c*) Cranzius *lib.* 4 *cap.* 16.

V * Cumque ſumma rei ad *Ottonem primum* eumque *Magnum* deuolueretur, is ex *Editha* coniuge (*a*) filia Regis Anglorum, filium † habuit *Guilhelmum*, huius uirtutes uirilem aetatem, hinc & infula praeuenit, * quippe uix annos uiginti exceſſerat, & uotis Cleri, populique conſenſu Archi-Epiſcopus Moguntiae proclamatus eſt. Laetus hac electione pater, captus etiam filii dotibus pluſquam humanis, liberali donatione (*b*) Haſſiam, ac Thuringiam, & in ea hanc metropolim Sedi Moguntinae ſubdidit. * DCCCC-XXXVI. † pag. 17 *Wilhelmus Caeſaris filius fit Archiep. Mog. cui pater Haſſiam & Thuring. donat.*

(*a*) Rhegino *& alii, quos uide apud* Serarium *in uita* Wilhelmi.

Errat hic *Gudenus*, ut *Sagittarius* iam notauit epiſt. modo dicta p. 48 & ſeq. Fuit enim *Wilhelmus* non *Editha* Anglae filius, ſed a matre captiua Slauonica, nobili tamen genere procreata, *Ottoni* genitus.

* *Anno* DCCCCLIV. Edit. I

(b) Paulus Langius *in* Chronico Citizenſi, Fabricius *Originum Saxonicarum Lib.* 3, Anonymus *de* Landgrauiis Thuringiae *cap.* 10, Chytraeus *Chron. Sax.* Dreſſerus.

Sagittarius epiſt. citata p. 49 & ſeq. *At uero, equidem non contendendi ſtudio (quod ſancte teſtor) ſed hiſtoricae ueritatis ui adductus, nequaquam poſſum concedere donationi Othonianae. An enim ulli probabile fuerit, rem tantam tacuiſſe, uel* Witichindum, *qui ſcribebat eo aeuo, uel* Ditmarum, *qui non multo poſt* Othone III *& Henrico II imperantibus floruit, uel ſcriptores ad unum omnes, usque ad* auctorem *proletarium* de Thuringiae Landgrauiis? Witichindus *quidem lib. III affirmat*, Wilhelmum *per abſentiam patris* ſibi commendatum rexiſſe Francorum imperium: *non affirmat tamen*, Othonem *patrem magnam regni Francici partem, Thuringiam ſcilicet & Haſſiam, cum pleno iure & dominio donaſſe filio. Ecce ipſa* Witichindi: Eo tempore, quo haec intra Italiam gerebantur (*anno ſcilicet* DCCCCLXVIII) ſummus Pontifex *VVilhelmus*, uir ſapiens & prudens, pius & cunctis affabilis, ac patre ſibi commendatum regebat Francorum imperium; cuius mater, licet peregrina, nobili tamen genere erat procreata. *Sed aliud eſt, abſente Rege negotia regni uicaria auctoritate adminiſtrare; aliud dono accipere bonam regni partem cum pleno iure & dominio. Sic de* Mathilda *Quidelingeburgenſi Abbatiſſa*, Othonis I *filia, legimus*, Othone III *in Italia commorante, eidem* regni Germanici curam *fuiſſe commiſſam. Qui autem exinde concludere auſit, partem huius regni eo ipſo donatam* Mathildae, *concluſione ſua non admitteretur.* Ditmarus *quoque ignorat hanc donationem; quanquam* Wilhelmo ab Imperatore, domino ſuimet & parente, commiſſam *tradat* curam Parthenopolin diſponendi, ceteraque regni neceſſaria regendi. *Et apud ſequentes nec uola hac dere, nec ullum ueſtigium. Faceſſat igitur ignotae, nonnunquam & malae fidei* auctor *de* Landgrauiis, *cum ſua Thuringiae ad Moguntinos deuolutione. Faceſſat ipſa liberalis, quae nunquam contigit, donatio. Haec miror qui placere potuerit* Cl. Gudeno, *ultra hunc* anonymum, Langium, Fabricium, Chytraeum *in hac cauſſa non aſſurgenti.* Fabricio *tanto minus habeo fidei, quanto intimius mihi conſtat, innumeris erroribus ſcatere* Origines Saxonicas; *quod non in contumeliam optimi ac eruditi uiri ſcribo; ſed quod doleam, ſupra illa, quae habebat, non maiora fuiſſe praeſidia, nec plus ab aliis curis otii. Cum* Langio *autem tanta mihi lis non amplius nunc intercedit, quod, ut iam ante monebam, ſententiam mutans, pro*, pleno iure & dominio totius Thuringiae, *ſubſtituat*, ſpiritualem iurisdictionem, & ad aliquanta bona temporalia: *quamuis nec in ſpiritualibus per uniuerſam Thuringiam Moguntinis iurisdictionem fuiſſe crediderim. Quod Erfordia eo usque deſtituta*, Wilhelmi *Archiepiſcopi uſſu, moenibus incincta, facilius crederem, ſi antiquus teſtis confirmaret. Ego uero id* Henrici I *temporibus factum potius autumo, cuius in urbibus contra Vngarorum incurſiones muniendis ſtudium certatim praedicant Hiſtorici, & nos ſupra iam tetigimus, pluribus autem in* Hiſtoria Bardevicenſi *demonſtrauimus. Quamobrem etiam, quae* Gudenus *hic de ſtata Erfurtenſi affert, rectius, me iudice, ad tempora Henriciana quadrabunt.* Haec *ille.* Quibus adde, quae *Paullini* habet l. d. §X p. 7, auctor *anonymus* ſemel iterumque iam excitatus l. d. cap. V § V p. 30; ut alios, quos ad lib. IV *rer. Moguntiac.* in uita *VVilhelmi* adnot. 2 ad § VIII p. 437 memoraui, praeteream.

* Igitur Caeſarea donatione, & iure quaeſita prouincia in leges Moguntinas tranſiit, applaudentibus ſubditis, qui certatim obſequia offerentes, magni duxerunt Imperium ab Archi-Praeſule expectare, utque teſſeram feliciſſimae ſubiectionis manifeſtius exprimerent, inſignia publica ex Archi-Epiſcopalibus ornamentis ſunt mutuati: Aliud enim oppidum infulam, aliud pedum aſſumpſit. noſtram Erfordiam adoptauit Moguntia, igitur filiae matris ſigna debebantur, cui paulo poſt ſuae fortunae Rotam conceſſit cum epigraphe: ERFORDIA FIDELIS FILIA MOGVNTINAE SEDIS **.

* *Anno* DCCCCLXX.

** *Anonymus* ille lib. II cap. III § 2 p. 207; *Si* Gudenum *audias, Erfordiam iam, Othonis M. tempore, matris Moguntiae inſignia, feliciſſimae ſubiectionis in ſignum, adſumſiſſe oportet. Vult enim hanc illi iſtam fortunae ſuae rotam benigne liberaliterque indulſiſſe, ac cum hac conceſſiſſe epigraphe: ERFORDIA FIDELIS FILIA MOGVNTINAE SEDIS. Sed nullo uides negotio, quam* οὐδὲν πρὸς Διονυσον. *Primum enim, artificioſe ſcilicet, per anticipationem hiſtoricam, id tempore VVilhelmi factum dicitur: cum tamen rota Moguntina tum nondum fuerit in rerum natura; ſed & poſtea, cum ab VVilligiſo, parentis ac ortus ſui in memoriam, introducta erat, non tantae apud alios fuerit admirationi. Notum praeterea*, Bruſchium *tradere, quod* Henricus II, *ſingularis ille Cleri patronus*, Claudi,

Edit. I

di, Sanctique cognomento celebris, rotam iſtam inſignium ordinariorum loco Archiepiſcopatui Moguntino demum confirmarit. Tum uero probe attendendum, rotam Erfurtenſem ab Moguntinenſi diſcrepaſſe; cum quidem haec rota ſit uehicularis; illa uero rhombus; circa quem ſupra memorata ἐπιγραφὴ nunquam ſcripta fuit, lectaque cet. Erfurtenſem etiam adhaec Moguntina longe fuiſſe ſpecioſiorem; quippe praeter ſex radios quinque pennis pauoninis, & aliis quatuor imaginibus conſpicuam, quas inter rota nigra, ueteris Comitatus Vippacenſis δεῖγμα, praecipue notari mereatur cet.

Ingreditur prouinciam & regimen ordinat.

* (*a*) Ingreſſus prouinciam ipſe *Wilhelmus*, Vice-Dominos ſeu Vicarios conſtituit cum ampla poteſtate, diſpoſuit etiam hinc inde loco praeſidii nobiles milites, qui hoſtilem impetum repellerent; in ciuitati-

† pag. 18

bus † locatis, iura ciuium & Magiſtratus conceſſa, dictique *Patricii*, alii, qui rus defenſabant, *Landſaſſii*, ab utrisque hodierna Thuringiae nobilitas originem ducit. Iis *Wilhelmus* multas continentes in ſtipendia conceſſit, e quibus fructus ſub fidelitatis religione perciperent. Vtile inuentum, quod neglectas coloniarum miſſiones ſupplere poſſit. Nec profanis ſolum, ſed & ſacris ſolerter hic prouiſum. *Wilhelmus*, eiusque ſucceſſores plurima hinc inde templa exſtruxerunt. Praeſertim magnus ille *Willegiſus*, * qui poſt medium ſaeculi decimi Moguntiae ſedit. Hic multas aedes ſacras erexit, collegiatam etiam eccleſiam in maiori *Dorla* liberaliter fundauit, (*b*) poſt quatuor, & quod excurrit ſaecula *Salzam* translatam. Primus hic Elector S. Romani Imperii nominatus. Debebatur non ſolum uirtutibus eius hic honos, ſed & potentiae, quae a Rheno, ad Salam usque ſe extenderat. Eiusdem Thuringici milites in diſſidiis inter *Ottonem III* & *Henricum* Bauarum ad Domini iuſſum *Ottoni* militarunt. * (*c*) Monaſterium *Haſungen* in

VWillegiſius collegiat. eccleſiam in maiori Dorla extruit.

Monaſter. Haſungen in Haſſia fundatum.

† pag. 19

Haſſia, quod *S. Heimeradum* nobis dedit, † hac aetate ab *Erpone* Archiepiſcopo Moguntino fundatum eſt.

* *Anno* DCCCLXI. (*a*) *Hiſtor.* de Landgrauiis Thuringiae, & Fabricius *l. d.* Manuſcr. *etiam* uaria.

* *Anno* DCCCCLXXVII. (ita auctor, *rectius* DCCCCLXXV)

(*b*) Serarius (*lib.* 4 Rerum Moguntiac. *in uita* Willigiſi § 9.

* *Anno* MXX. (*c*) Miſc. Chronicon Petrenſe *h. a. Hunc autem Archiepiſcopum non* Aribonem, *nec ſimilis, quae* Serarius *refert, nomine, ſed* Erponem *appellatum fuiſſe, nummus ab eo cuſus, & ut infra ad an.* 1635 *dicetur, ſub diruptis moenibus inuentus, demonſtrat. Nummi, quem genes me habeo, imaginem refero.*



Audiendus hic *Tenzelius* § 1 *de nummis Moguntinis*, n. 2; *Neque uero id cuiquam mirum uideatur, cum animaduertet, non deeſſe, qui eius nomen* Aribo, Erbo, Eribo *atque* Erpho *ſcribant. Iis enim temporibus, in ea ſaeculi barbarie, conſuetudo uſuſque nondum certam formam, rationemque uel inuenerat, uel ſatis corroborarat, ad quam uocabula germanica latine formarentur. Patet id ex* Indice nominum propriorum *apud* Goldaſtum *tomo II* Antiquitatum Alamannicarum, *ubi idem nomen modo* Arbo, *modo* Eribo, *interdum* Herſo *expreſſum legitur. Verum enim uero, ea fere huius rei eſt facies, ut in eam opinionem quenquam poſſe uideatur adducere, in nummo tantum uocabulum* ERP *extare; quod non aliud eſſet atque ipſum germanicum* ERB; *notam uero ſubiunctam, quae in numeris defectum aut nihil ſignificat* (nulle *uulgo appellamus*) *non litteram* O *eſſe* (*aliter eandem haberet magnitudinem, atque in uoce* ARCHIEPISCOPVS) *uerum puncti tantum locum ac munus obtinere. Vt ut res habet; huius Archiepiſcopi nomen in ipſa Caeſaris curia ſcriptum* Aribo *fuit, prout ex litteris* Henrici II *patet, quas* Freherus *in* Appendice *partis I* Originum Palatinarum *exſcripſit, datas Eid. Decembris, indi-*

 ctione

Etione VI, anno dominicae incarnationis MXXIII. Subscriptum enim; Gualterus *Cancellarius nunc* Aribonis *Archicancellarii recognoui.* Haec *ille*, quibus adde, quae ibidem ad ea adnotaui. Edit. I

Ludouicus Barbatus *venit in Thuringiam.*

VI Durauerunt hae Moguntinae uires ad *Bardonem* Archiepiscopum annis plus septuaginta. (*a*) Imperatrix *Geisela*, *Conradi secundi* uxor, duos habebat consanguineos, *Hugonem* & *Ludouicum* fratres, qui auos ex Franciae Regum stirpe numerabant. *Hugo* Archiepiscopi, *Ludouicus* Caesaris aulam sequebatur, eiusque gratia

* MXXXV. felicior. * Caesar ad imperium uxoris apud Moguntinum pro eo rogat, uellet *Ludouicum* bonis quibusdam in Thuringia concessis clientem suscipere, suaeque prouinciae administrationem credere, pro Caesari collatis habenda, quae *Ludouico* fierent. Vidit Praesul, quam periculosum esset, tantarum amicitiarum ministrum, & quem recens memoria maiestatis auorum regnare, non seruire docuit, prouinciae huic nouae praeficere, sed potentior erat intercessio, quam ut declinari posse uideretur.

Eum Vicedominum suum Bardo constituit. Eum bonis ditat.

Annuit igitur *Bardo* Caesari, magnisque potentem amicitiis *Ludouicum* (*b*) in Thuringiam cum potestate mittit, cui Vicedominatum ad uitam, insuper ingentem tractum a silua Thuringica, & fontibus Hörselae, usque dum Werram subit, clientelarem donat, pessima uerecundia * negare non ausus, quod maius damnum peperit, quam † indignatio petentis attulisset. † pag. 20

(*a*) *Anonymus de* Landgrauiis Thuringiae *cap.* 10 *& seq. &* mscr. Chronicon Petrense *p.* 647, Rivander, Spangenberg, *&* alii.
(*b*) Citati Scriptores *locis dictis.*

* Anonymus *de rebus Erfurtensium memorabilibus* lib. I cap. X § 2 p. 77; Gudenus *non uereatur dicere*, Bardonem *pessima uerecundia negare non ausum, quod maius damnum peperit, quam indignatio petentis attulisset. quin addit*; Bardonem *clarum quidem fuisse pietate, sed a ciuili prudentia non satis instructum. Sed si quis regerat*, Bardoni *conscientiae integritatem, secundum doctrinae christianae regulam, maiori curae fuisse, quam regnandi cupidinem*; *gnaro quippe, Episcopi esse, non tam ciuilem, eumque iniustum dominatum exercere, quam ecclesiam docendo regere ac moderari? Id certum est, illum aeuo isto prudentia, litteris ac circumspectione nemini facile cessisse*; *tanta uero fuisse eloquentia, ut* alter *appellaretur* Chrysostomus. *Quare prorsus uerisimile fit, iuri eum suo, si quidem id tam certum ac euidens fuisset*, ac Gudenus *heic perhibet, haud defuturum, sed Caesari, quale id sit, qua par erat reuerentia explicaturum fuisse.*

(*a*) Fuit alias Bardo clarus pietate; sed hanc non semper ciuilis prudentia comitatur, aut uoluit Numen per sanctum Praesulem, felicitatis initia dare sereniſſimae familiae, quam ad sublimem fortunam iam destinauerant fata, solutura debitum heroicis uirtutibus, quibus tan-

Monasterium Scotorum fundatur.

quam gentilitiis isthaec familia perpetuo uigebit. *(*b*) Interim *Comes* de *Glisberg* nationi Scoticae monasterium Ordinis *S. Benedicti* exstruxit.

(*a*) Serarius *in eius uita* (§ *X*) * *Anno MXXXVI.* (*b*) *Anonym.* Chronic. Thuringiae, *biblioth. Caesar. Vindobonensis*, Lambertus Schafnaburgensis *hoc anno. Male dissentit* manuscriptum *aliquod* Erfurtense, *ex fundamento historiae contrario.*

Ludouicus ille cognomento *Barbatus*, cum moribus esset affabilis, benenolentia sibi prouinciam deuinxit: prudens insuper & occultus firmandi imperii machinator, nunquam eo progressus, ut precariam a Moguntia potestatem sibi esse negaret, quam tamen latenter sibi pro-

Matrimon. Ludouici Barbati.

priam stabiliuit *, **(*a*) utque uicinas uires sibi firmaret, duxit in matrimonium Saxonis uiduam *Caeciliam* de *Sangershausen*, & cum ea magnas opes. Filium ex ea primogenitum *Bardoni* ad baptisma obtulit. Archipraesul indito parentis nomine in futurae paternitatis arrham de continentibus Thuringiae multa donauit. Emit *Ludouicus* hinc inde

Creatur Comes. Moritur, succesſore filio.

latas terras, & aedificauit *Schauwenburgum*, propterea † *Comitis* titulo a Caesare insignitus. * Mortuus demum Moguntiae, ubi ad *S. Albanum* sepultus. Successit huic filius eiusdem nominis cognomento *Salius* seu *Saltator* dictus, sub cuius Vicedominatu *Sigefridus* urbem muro cinxit, (*b*) turribus in circuitu positis, cum antea munimenti antiquissimo(*c*) genere, sepibus, & incisis arboribus se tutasset. † pag. 21

* *Paullini*

Edit. 1 * *Paullini* § XII *annalium Isenacensium* p. 8; *Quid ergo* Gudenus? Prudens insuper, *ait*, & occultus firmandi imperii machinator, nunquam eo progressus, ut precariam a Moguntia potestatem sibi esse negaret, quam tamen latenter sibi propriam stabiliuit. *Falsissimum hoc. Iussu enim, nomine, & autoritate Caesaris obtinuit, si quid a* Bardone *accepit; cetera iure emptionis sibi acquisiuit.* Conradus *siquidem animo prorsus deliberato* Comitem *enm fecit* Thuringiae & Hassiae Dominum. *Nihil occulte, nihil latenter machinatus est* Ludouicus, *nec precariam suam potestatem a Moguntino habuit.* Praedia aliqua (*aiunt* ueteres Landgrauiorum annales *edit. Pistor. p. 957*) pretio comparauit, uillam *Aldenberg*, aliaque prope adiacentia. Inde ex permissione Regis *Conradi* (*audin'?*) iuxta *Loybe* in monte *Scovvenburg* munitionem erexit, & inexpugnabile castrum constituit, & plurimam partem siluae per largitionem regiam accepit.

** *Anno MXL.* (*a*) Mscr. bibliothecae Caesar. Vindobonens. *ubi de liberis matrimonii utriusque sexus uaria.*

* *Anno MLV* (uel potius MLVI. uid. *Tenzelius* in *Supplemento II* ad Historiam *Sagittarii* Gothanam § CXIX p. 423 & seq.

* (*b*) *Anno MLXVII. Anonym.* Chronicon Thuringiae *mscr. bibliothecae Caesareae Vindobonensis.*

Enimuero id & temporum rationibus, & rerum Erfurtensium tum statui repugnare, obseruat anonymus scriptor libri, saepius iam excitati, *von den vornehmsten begebenheiten der Stadt Erfurt*, lib. I cap. IV § V p. 22 & seq. quem ideo inspicere iuuabit.

(*c*) Fredegarius *cap.* 87.

VII * Hoc tempore Caesar *Henricus IV* (*a*) decimarum in Thuringia cupidinem in Electore *Sigefrido* succenderat, non tam amore sedis, quam ut diuortii, quod cum uxore *Bertha* meditabatur, patronum haberet. Cogitaret, ait, quam in immenso spicarum mari omnis Thuringia fluctuet, harum decimas ex ipsius Dei legibus arae Moguntinae deberi, nec uidere se, quo libertas illa Thuringiae spectare debeat, quod sola inter Christianos decimas neget: non esse, quod deriuatam a maioribus immunitatem praetendat, socordiae non iuri imputandam. Nullam temporis longaeuitatem a Dei mandatis eximere, cumque haec sanctissimis legibus niterentur, ne dubitaret Elector, se Caesarem iuris executorem futurum. Vnum duntaxat uicissim rogare: Habere se molestam thori sociam in omnibus aduersam, displicere in ea † pag. 22 mores, † genium, & omnia: affectare dominatum, nec unquam deesse uerborum copiam, quam benuolae correctioni opponat. Non posse Praesuli talium experti taedium exponi. Sat esse, quod illam in nausea, non in amore habeat. Cum hac diuortium uelle; nosse autem Praesulem, quam superstitiosa pertinacia Romae matrimonia uinculentur; magnam insuper ibi Caesaris inuidiam, ut inde libertatem sperare non possit. Esse *Sigefridum* Germaniae metropolis Archi Episcopum, & Primatem; ad quid haec nomina, si potestatem non tribuant? nec cuncta Romam deferenda, uellet *Sigefridus* approbare diuortium, se uicissim effecturum, ut singulis decem annis uniuersum Thuringiae sudorem absque laboribus habeat. Placuit ArchiEpiscopo Caesaris foedus; sed cum uerecundus Praesul turpitudinem diuortii sustinere solus nollet, per plures rem agendam statuit, & in ultimam Septembris Synodum Moguntiae indicit. Iam aderat fatalis matrimonii dies, & *Henricus* properabat ad Concilium. Ecce fama rei peruenerat Romam. (*b*) Pontificis *Alexandri secundi* iussu *Petrus Damiani* Moguntiam legatus adest, qui facinus inhiberet. Multum ille *Sigefridum* reprehendit, quod insolenti rei suam uellet auctoritatem addere: praeterea Caesarem uehementer allocutus: † pag. 23 *Pessimam rem esse a nomine Regio nedum Christiano abhorrentem, † quam moliretur, si non legibus mouere uellet, saltem famae suae parceret, per totum orbem defoedandae, & ipsi Christianitati pessimo Regis exemplo seducendae: nunquam simplicia esse potentum flagitia, cum publico scandalo subditos in eadem scelera trahant. Verum si criminum ultor, a Numine constitutus, auctor eorum esse non erubesceret, se necessario uim ecclesiasticam adhibiturum.* Dedidit se Caesar, ita tamen, ut tolerare potius uideretur, quam ferre, quod mutare non potuit.

Sigefridus *infeliciter decimas exigit, a Caesare instigatus.*

Caesaris hanc in rem cum Sigefrido foedus.

Petrus Damian: *Pontificis Rom. Legatus improbat.*

* *Anno*

* *Anno MLXIX.* (*a*) Riuander *in* Chron. Thuringiae *hoc anno*, & Manuſcripta Erfurtenſia. Edit. I

(*b*) Manuſcriptum Chronicon Petrenſe *hoc anno.*

Denuo Sigefridus decimas exigit.

Intermiſſa igitur decimarum exactio, non ſpes. * (*a*) Poſt annos quatuor eiusdem cupidinis ſcintillas in Electore Caeſar reſuſcitat: pergeret Archiepiſcopus debitas aras ſuae decimas, ut quondam coepit, uindicare, affuturum ſe uindicem, & executorem, attamen expenſarum loco, partem regiae magnificentiae dignam, Caeſari Praeſul conferret. Promouendae rei ſynodus Erfurti cogitur; uenit Caeſar & Moguntinus cum magno Sophiſtarum numero, qui leges recitare, & pro occurrente utili torquere poſſent; ab altera unanimes erant Thuringi, proque iis Fuldenſis & Hirsfeldenſis Abbates: latas enim terras hac in prouincia poſſident, quibus commune periculum imminebat. Moguntini poſtulata (quae ipſe Dei eſſe dixerat) cum audiuiſſent, fortiter pro libertate loquuntur. *Tranſiiſſe ea lege ad Chriſtianos hanc prouinciam, ne decimas ſolueret, agros & praedia cenſibus hereditariis grauata, inſuper, ſi decimas* † *petat, nil niſi laborem ſubditis manſurum.* † pag. 24 *Cogitaret Praeſul, notam eſſe Prouinciam, quam angat, quae leni imperio melius, quam exactionibus firmetur: tot habituram ſubditos mutationem cupientes, quot offendat, cum autem decimae feriant omnes, ad primum quemuis motum omnem prouinciam rebellem fore. Haec eſſe, quae ponderare ſalus publica exigat: nec enim ſe iam priuatas eccleſiarum ſuarum utilitates referre, Pontificiis etiam, & Caeſareis anteceſſorum priuilegiis munitas. Rogare modo ſupplicem Thuringam, uellet Elector ab interminato onere linquere immunem.* Offenderunt preces *Sigefridum: Anteceſſorum imperium cum morte finitum; habuerint delicate recenter conuerſos, atque dulci cibo ineſcarint, aliud nunc tempus alios mores poſtulare: adoleuiſſe iam in eccleſia Thuringos, non tacte amplius ſed ſolido cibo nutriendos. Eccleſiae filios uiuere ex legibus eccleſiae debere; non ſua ſe exigere, ſed aris debita, nec adeo noua eſſe, quae praetenduntur; nam* Ottonem (*b*) *Thuringiae Margrauium* (fines usque poſt haec tempora Marchiones tutabantur) *ante uiginti iam annos una cum fidelitatis iuramento decimas promiſiſſe.* Cumque ad haec iterum Thuringi per Deum obteſtarentur, ac prouocare uellent ad Pontificem, callido conſilio placuit metu Caeſaris, & ſpe tranſactionis proficuae Abbates ab incolis ſcindendos eſſe. Ceſſit conſilium feliciter, quippe Caeſar per Deum iurabat, ſe in eum, qui prouocaret ad Papam, capitali ſententia animaduerſurum, bona, praedia, uillas ſtrage pluribus ſaeculis non abolenda deleturum, † clam tamen Abbatibus, ſe rem ad aequum † pag. 25 moderari uelle, promiſit.

Opponunt ſe cum Thuringis Fuldenſis & Hirsfeldenſis Abbates. Eorum oratio.

Reſponſio Sigefridi.

Caeſar ad aſtum recurrit.

* *MLXXIII.* (*a*) Riuander *hoc anno.*

(*b*) Riuander *ad annum MLXII, aliique.*

Fluxerunt in hac lite plures dies, & maior erat utrimque pertinacia; ſicut enim ira parium, ita clericorum magis ſubinde feruet. Tandem Hirsfeldenſis Abbas ſuam cauſam aequitati Caeſaris ſubmiſit, resque ſopita, ut Abbati in ſuis eccleſiis duae, Archi-Epiſcopo una tertia decimarum cederent, dominicales autem Archi-Epiſcopi curtes, ubicunque ſitae eſſent, immunes. Reſtitit aliquot adhuc diebus Fuldenſis Abbas, ſed tandem rei difficultate fractus dimidietatem decimarum ex fructibus ſuis promiſit, ſalua dominicalis curtis libertate. His oratoribus priuati ruricolae, non ultra reſiſtere auſi, ſe ſubmiſerunt. *(*a*) Verum non diu durarunt coacta imperia, ſed conſilia, & uires ad noui oneris excuſſionem Thuringi contulerunt. Opportune accidit, Saxones Caeſari infenſos eſſe; his Thuringi ſe iungunt, Moguntinum hac in urbe morantem circumueniunt, ſecedere ex prouincia, usque dum contra Caeſarem datis obſidibus iuraret, prohibent. Pontificis ira animum addidit: mox bellum contra Caeſarem ſecutum eſt, ac licet Moguntinus Papae, quem metuit, partes ſequeretur, belli tamen occaſionem amplę-

Promiſſionem decimarum impetrat.

Promiſſa reſcinduntur.

Edit. I amplectentes Thuringi decimarum praestationem interruperunt. Secuta
† pag. 26 auctoritate † *Sigefridi* pace, Moguntinus iterum Erfordiae Synodum conuocat, & decimas mouet, ac cum iterato peteret, Thuringos incendit, atque, ut est iis animus, si metus absit, ferox, Synodum armata manu soluunt. Secedit, uel fugit Archi-Episcopus *Heiligenstadium*; ubi cum aliquamdiu mansisset, uerbosa sententia de iniuria conquestus, Thuringiae Primates anathemate percutit, & Caesarem uindicem rogat: sed frustra; quippe mox fatale *Henrico* schisma ortum, & ex eo turbae, quae totum Imperium quassantes ipsum *Sigefridum* cum Caesare colliserunt.

Denuo exigit Sigefridus.

Propterea fugatur.

* *An. MLXXIV.* (a) Miscrum Erfurtense, & Chronica Thuringiae *hoc anno.*

VIII Eiusdem *Sigefridi* auctoritate *Wilhelmus* Hirsauiensis Abbas (a) monasterium *S. Petri* erigit. Coetum Religiosorum sub legibus sancti *Benedicti* ordinat, aliquamdiu *Giefelberto* Reinhartsbornensium Abbati commendat, postea uocatum ex Cluniacensi monasterio *Ruggastum* (b) Abbatem praeficit. Coenobium eo ex amoenissimo colle urbi imminet (c) in quo *Merwigus* Thuringorum Rex exstruxisse palatium creditur. Cui sacellum sancti *Dionysii* Rex *Dagobertus* iunxerit. Ast cum huius rudera, ipsumque sacellum, intra urbis territorium quidem, sed stadiis † XXIV supra Erfordiam cum ueteri *Merwigisburgi* nomine supersint, aut fatendus est error, qui facile ex hinc oriri potuit, aut quod *Merwigus* duas (d) arces tam propinquas erexerit, credendum est, manente falso, quod de sacello sancti *Dionysii* hic loci asseritur.

Monasterium S. Petri *fundatur.*

Castellum Merwigsburg.

† pag. 27

(a) Trithemius *in Chronico* Monasterii Hirsaugiensis *p.* 65. *Vide, quae supra ad annum* 637 *scripsi.*
(b) Miscriptum Petrense. (c) *Chronica* Thuringiae & Erfordiae. *Vide supra an.* 450.
(d) Brotuff *in* Genealogia Principum Anhaltinorum *cap.* 2 *in fine.*

Mox atrox calamitas coenobium & urbem oppressit. * *Rudolfus* Sueuus contra *Henricum* Caesar electus, Saxones & Thuringos, & cum Hildebrandi Pontificis fauore, potissimos Germaniae Episcopos a parte sua habuit, hi ingentem exercitum in his partibus colligunt, *Henricum* ad Danubium hibernantem oppressuri; sed ille ex hibernis mouet, ac in Thuringia hosti occurrit. Opponuntur acies ad oppidum *Flarcheim*, (a) magnis utrinque cladibus pugnatum est. *Sigefridum* (b) captum ab *Henrico* aiunt. Caesar ex acie copias retrahit, ac Erfordiam expugnat. Miseri ciues in templa refugiunt, sed nihil hosti sanctum, omnia rapinis & incendiis profanata, (c) plures ecclesiae, ipsaque sancti *Seueri*, & sancti *Petri* coenobia funditus deusta sunt. Victor exercitus in urbe, & uicinia hiberna absoluit. * Sic tandem *Sigefridus* mole negotiorum consumptus † defecit, ac in *Hasungen*, (d) Hassiae coenobio, quod disciplinae restituerat, sepultus est.

* MLXXIX.

Henrici *Caesaris bellum in Thuringia.*

Erfordiam expugnat ac spoliat.

Monasteria S. Seueri & S. Petri *exuuntur.*

† pag. 28

(a) Chronica Thuringiae *hoc anno.* (b) MS. Petrense *hoc anno.*
(c) Riuander & Mscr. Erfurt. *hoc anno.* * *An. MLXXXIV.*
(d) Serarius *in eius uita* (lib. 5 *rer. Moguntiac.* § XL)

Huic Abbas e monasterio *D. Petri*, (a) *Wezilo* dictus successit, qui continuo partes *Henrici IV* contra Papam secutus, (b) ac licet ab hoc anathemate percuteretur, fauore tamen Caesaris tutus in Sede mansit. *(c) *Vigerus* Comes Thuringus marchiam suam *Dorlam* cum pertinentiis sedi Moguntinae donauit. * Extincto *Weziloni* rursus eiusdem monasterii Abbas (d) *Ruthardus* in Archi Episcopatu successit, a natalibus Erfurtensis, qui fratrem *Pilgrinum* (e) Thuringiae Aduocatum constituit, ac *Burchardum* Petrensis coenobii Abbatem consecrauit. * *Burchardus* hic monasterium e cineribus, ipsumque templum quadratae formae lapidibus, (f) ut hodie uisitur, restituit: Sub eodem cella *S. Martini* ad *Werram* fluuium supra pagum *Falckenaw* coenobio *S. Petri* accessit. (g) Quippe *Ruthardus*, quem dixi, Caesaris ira Moguntia exul frequentius Erfurti & in isto pago moratus, ad flumen ambu-

Wezilo *Archiepiscopus ex monasterio* S. Petri *postulatus.*

* MLXXXVII.

* MLXXXVIII. *sicus* & Ruthardus.

* MCIV. *Hic monasterium restaurat. Cellam* S. Martini ad *Werram fluuium fundat.*

ambulando Numini preces soluere † consueuit, cumque a dextra ripae sub altissimis praecipitiis fons crystallinus ebulliat, amoena solitudine loci captus, ubi praecipitia recedunt in sinum, altare sancto *Martino* sacrum erexit, ac addictis postea iugeribus, cum angustia, & sterilitas peculiarem monachorum coetum non aleret, coenobio *S. Petri* donauit. Edit. I † pag. 29

(a) Mscr. Petrense. (b) Serarius *in eius uita* (§ I & II)
*(c) Marianus Scotus *ad annum MLXXXVII.*
*(d) Mscr. Petrense, Bruschius *ad an. MLXXXVIII.*
(e) Mscr. Petrense. * *Anno MCIV.*
(f) Mscr. Petrense. (g) *Extat* Instrumentum fundationis originale *in chartis* Petrensis *monasterii.*

Ludouicus *Saltator pro Moguntino belligerat.*

IX Verum ut ad *Ludouicum II* reuertar, eidem Moguntia Vicedominatum crediderat; igitur patriis artibus insistens, coemptis hinc inde castris (a) imperium sibi firmat. * Attamen pro Domino multa etiam contra Caesarem *Henricum V* fortiter egit, a quo per *Hoierum* Comitem in Mansfeldt, exercitus Ductorem, oppressus, uix se fuga sustulit. Primus ille (b) salientes in monte *D. Petri* aquas de assurgente uersus occidentem colle per plumbeos canales duxit. Alii (c) *Wernero* coenobii Abbati Hirsauia postulato adscribunt: & quoniam in lapide excisus leo aquas uomitat, *fons leoninus* appellatus est.

Salientes aquae ad montem D. Petri ducuntur.

(a) Chronic. Thuringiae. * *Anno MCXIII.*
(b) *Mscr.* Chron. Erfurt. *Anonym.* (c) Mscr. Petrense.

*MCXXIII. Adalbertus *decimas exigit.*

X * Sedit (a) hoc tempore *Adalbertus* uariae fortunae princeps, hic odiosam decimarum exactionem iterum suscitabat, non sibi, sed altari se petere dicens: atque ut hoc ipsum subditis persuaderet, de iugeribus suis decimas ecclesiae *B. M.* Virginis, † quae tunc sola in urbe parochialis erat, persoluit. Hinc est, quod hodiedum Archiepiscopales illi agri, solusque Elector in Thuringia decimas soluat. Ast exemplum Praesulis fraudem interpretati ruricolae non sequebantur, cumque ui adigerentur, arma corripiunt, & concitata iterum uniuersa prouincia mori potius, quam decimas soluere decretum est. Sub ductu Comitis *Henrici* seditiosorum 20000 Erfordiam cum armis accedebant, in ea Archiepiscopum, ut pro se, posterisque iuraret, ne decimarum unquam mentio fiat, coacturi. Fauebant ciues communi causae; cum igitur parum praesidii *Adalberto* superesset, in omnia consensit, nec successores atrocitate euentuum territi decimas unquam exegerunt. † pag. 60

Solus Elector in Thuringia decimas soluit, & cur? Thuringi postulatum Praesulis abnuunt.

Renuntiat Elector pro se, posterisque iuri decimandi.

(a) Chronica Thuringiae *hoc anno.*

Didicit *Adalbertus*, quam modicum fiduciae in plebe ad cuiusuis causae fauorem mutabili sperandum sit. Igitur ui continendos esse ratus, qui imperio non possent, (a) montem *S. Seueri* in castellum muniit, atque cum in eo moniales *S. Benedicti* habitarent, inutilis autem esset ille sexus in arce, monasterium in monte extra urbem extruxit, inque illud, quod a patrono *S. Cyriaco* postea nomen accepit, moniales transtulit, ac Clericos reposuit, quibus leges ac disciplinam praescripsit, dotauit etiam ampliore † censu, ac de praediis iis, quae his annis libertate donauerat, canonum partem cessit. Quippe (b) fuerant hactenus urbis fundi Archiepiscopo ministeriales, ipsi cultores glebae adscripti. *Adalbertus* illis & his libertatem concessit, annuo tantum censu reseruato. Hic magnam partem Electorum liberalitate in ecclesias, milites, horumque pactis in plebem etiam peruenit. Illustrior gestae rei memoria ab iis praediis exhibetur, quae nummis argenteis datam libertatem annue redimunt. † pag. 31

Montem S. Seueri translatis illinc uestalibus, in castellum munit.

Clerici ad S. Seuerum introducuntur.

Origo der Freyzinsen.

(a) *Anonym.* Chronicon Thuringiae *bibliothecae Caesareae Vindobonensis,* & mscr. Chronicon Petrense.
(b) *Extant documenta in Archiuis.*

Ludouico II *succedit filius eiusdem nominis.*

XI Moriens *Ludouicus II* pinguem hereditatem ad filium *Ludouicum tertium* transmisit, qui similiter uices Moguntiae in Thuringia gessit, & cum patriis, auitisque opibus generositatem, & militiae peritiam

Edit. I tiam addidisset, Imperatoris *Lotharii* filiam *Hedwigem* uxorem obtinuit (*a*) simul ex consilio Principum Imperii, ipsiusque *Adalberti* Archiepiscopi Moguntini consensu * *Landgrauius* in Thuringia & Hassia a socero creatus est. Non deerant idipsum Moguntino prudenter dissuadentes: ministros Reip. pedes esse, qui graciles ad obsequium reliqui corporis prompti, difficiles cum intumescunt. Esse eas *Ludouico* opes, quae cum crescentes impediri debuissent, iam sera poenitentia metuantur, sique nouo honore illustrarentur, facile populum obcaecantes a † pag. 32 †Moguntiae obsequio seducturas. Ostendere periculum innatam *Ludouicis* regnandi cupidinem, qui propiores Thuringis Moguntino splendori se interponent, nec aliud hactenus ab iis actum, quam ut abolitis Archiepiscopi uicibus se Dominos prouinciae constituant. Periculi sat esse, quod *Ludouicus* Caesarem socerum habeat, nihil intermissurum, quo nepotibus imperium firmare possit. Aliud aliis uisum: Preces Caesaris reiicere crimen esse, nec tales amplius, sed mandatum uideri, quod pro genero petitur: frustra contumacia nil profutura potentioribus resisti. Recordaretur Praesul, quae ab *Henrico quarto* sibi contigerint, quod obedientiam summi Pontificis aduersus eum religiosius obseruasset, quam non amicitia ueteri tam intima, non bene meritis tutus, in ipso carcere famem, squalorem, & ea dira perpessus sit, quae posteritas cum horrore ab aere publico (*b*) intelliget. Non rumpendam cum *Lothario* Saxone amicitiam, communi in Francos odio firmatam, & qua sola tuta esse Thuringia possit; nec publicam utilitatem hic periclitari, quippe Moguntini iura nouo hoc titulo non impeti: *Ludouicum* nihil potentiae uel iurium amplius in prouinciis consecuturum, quibus sicut hactenus, † pag. 33 Electoris sui nomine † praeerit. Suas tantum uillas, pagos, & arces, quas uel Moguntini beneficio, uel ex hereditate maiorum tenet, titulo magis honorifico iudicaturum *. Eleuari maiestatem Principis in splendore ministrorum.

Matrimonium cum filia Caesaris init. Creatur Landgrauius in Thuringia. Moguntiae interesse in hoc negotio.

(*a*) *Historia* de Landgrauiis Thuringiae *cap.* 18.

Ita quidem *Historia* de *Landgrauiis*, quam auctor hoc loco, & *Appendix* ad *Martinum Polonum*, quam *Sagittarius* p. 59 epistolae *de antiquo statu Thuringiae* citat. Aliter uero *chronici Gozecensis* auctor, temporibus illis, quorum res narrat, aequalis, atque adeo fide dignus. Vt adeo, si non plane erroneum, incertum tamen maxime sit, an *Ludouicus* hic Caesaris *Lotharii* fuerit gener. Digni sunt, qui huc conferantur, *Eccardus* cap. III *Historiae genealogicae ueterum Thuringiae Landgrauiorum* § II col. 324, & *Fellerus* n. XLVIII *Monumentorum uariorum ineditorum* p. 513 & seq.

* *Anno MCXXX.*

(*b*) *Valuae templi Moguntiae* ad gradus B. M. V. *aeneae carterem & cruciatus huius Archiepiscopi referunt. Vid.* Serarius *in eius uita* (§ XXI)

* *Paullini* § XXIV *annalium Ilsenacensium* pag. 19; *Ilte, quem crebrius dixi*, Gudenus ——— *bene multa dicit contra. At si parcius, modestius, & uerius, rectius utique fatus esset.* Nihilne aliud hactenus a Ludouicis nostris actum est, quam ut abolitis Archiepiscopi uicibus se dominos prouinciae constituant? *Hoc sine controuersia uerum est*, publicam utilitatem (*obtentis legitime iuribus & immunitatibus Principis*) non periclitari, nec (*legitima*) Moguntini iura nouo hoc titulo impeti. *Verum* Ludouicum nihil potentiae uel iurium amplius in prouinciis consecuturum, quibus sicut hactenus, *Electoris sui nomine* praeerit, suas tantum uillas, pagos, & arces, quas uel *Moguntini beneficio*, uel ex hereditate maiorum tenebat, *titulo magis honorifico* eum iudicaturum. Et sic tandem utriusque prouinciae Landgrauios *ex indulgentia Moguntinensi* originem cepisse, *haec sane falsa & insulsa sunt, & supra a nobis reiecta* (§ IX, X)

Adalbertus admodum prudens, & in gerendis rebus uersatissimus, facile periculum uidit, sed memoria obiecti mali territus, & quod intimae cum *Lothario* amicitiae negare nil auderet, sequiori sententiae, Caesarisque desiderio paruit, sic utriusque prouinciae Landgrauiorum ex indulgentia Moguntinensi origo coepit. * Idem (*a*) *Adalbertus* ecclesiam *S. Augustini* erexit. * Eiusdemque auspiciis *Gisbertus* postea Vicedominus templum *S. Laurentio* sacrum exstruxit.

Templum S. Augustini & S. Laurentii erigitur.

* *An. MCXXXI.* (*a*) Mscr. bibliothecae Caesar. Vindobon.

* *An. MCXL.*

XII *(a) Huic *Adalberto* nominis eiusdem ex fratre nepos, & Edit. I
Tumultus in Erfordia. isti *Marcolfus* succeſſit, ſub quo tumultuatos Erfurtenſes, ac in Moguntinos officiales, & milites inſurrexiſſe legitur. (b) Certatum intra moenia pluribus utrinque uulneratis & occiſis; quae cauſa motus, ſilent ex
* MCXLII. more ſuo iſtius aeui ſcriptores. * Diſcordias ciuiles urbis incendium caſtigauit, quod montana potiſſimum peruaſit. (c) Seuerianum caſtrum,
Caſtrum Seuerianum & coenobium S. Petri incendio pereunt. ipſeque mons ſancti *Petri* flammis ſuccubuit, monaſterium una cum templo, † niſi quod muri uim ignium ſuperarint, periit. Huic cladi † pag. 34
Hoc reparatur. ſuorum annalium amiſſionem coenobium adſcribit, ut non niſi obſcure ueterum memoria habeatur. * Illud intra quinquennium reparatum *Henricus* Archipraeſul Moguntinenſis, praeſentibus ſuffraganeis Herbipolenſi, & Eichſtettenſi Epiſcopis XVI Calendas Iulii conſecrauit.

* *An. MCXLI.* (a) Serarius *in* Adelberto.
(b) Manuſcr. Petrenſe Chronicon *hoc anno.*
(c) *Dictum* Chronicon *hoc anno.* * *An. MCXLVIII.*

XIII * In *Ludouicis* non diu conuenit cum ſuperba poteſtate
Landgrauiis Vicedominatus non amplius creditus. ſubiectio †, nec Landgrauii poſteris Vicedominatus amplius creditus, ne ſub eius licentia in bona Archiepiſcopi ulterius graſſarentur, ſed miſſus alius, *Gisbertus* quem dixi, qui Erfordiae uice Electoris praeſideret, ac reliquos in Thuringia pagos gubernaret. * (a) Sub hanc mutaTranslatio SS. Adelarii & Eobani. tionem *SS. Adelarii*, & *Eobani* corpora in monaſterio *B. M. Virginis* inuenta, cumque maximis ſolennitatibus translata ſunt. Tota prouincia in ſingularis Epiſcopi uenerationem concurrit, (b) tam liberalia undique oblata donaria, ut iis breui Mariana eccleſia cum turribus exVicedominatus familiae nobili hereditarie conceſſus ſtrueretur. Paulo poſt familiae cuidam nobili, quae deinde nomen a munere traxit, atque hodiedum in Thuringia uiget, in feudum ab
Diſſenſiones inter Moguntinum & Landgrauium. Archiepiſcopatu Vicedominatus † officium conceſſum eſt. Hinc inui- † pag. 35
dia; namque adimi ſibi credidit *Ludouicus IV*, dum non conferretur dignitas, quam ex ordine maiores habuerant.

* *An. MCXLIX.*

† *Paullini* § XXX *Annalium Iſenacenſium* p. 23; Gudenus *iterum ſuo ore & more ita*: Ludouicis non diu conuenit cet. Hinc inuidia ——— maiores habuerant. *Heu mihi, quanta res eſt ſapere!* *Siccine illuſtriſſimo & potentiſſimo Principi & Landgrauio Thuringiae ac Haſſiae Vicedominatus in prouinciis ſuis committi debebat a Moguntino? Vide nos ſupra* § IX.

* *Anno MCLIV.* (a) Breuiarium Erfurtenſe *eccleſiae collegiatae* B. M. V. *in lectione* 4 *uitae* SS. Adelarii & Eobani, & MS. Petrenſe.
(b) Mſcr. bibliothecae Caeſareae Vindobon. *quod tamen in tempore diſſentit.*

Diſſidium inter Papam & Caeſarem *Fridericum* occaſionem uindictae praebuit. Deteſtanda res iſtarum aetatum, quae cum circa Numinis cultum non diſſentirent, de cura tamen ſacrorum bella tam atrocia geſſerunt, ut pro ipſis aris non poſſent crudelius. De nominandis in Germania Epiſcopis controuerſia erat, (a) quod ſibi quiſque tribuit, Pontifex & Caeſar: pari uterque ſtudio, ac quoniam Deus Imperio Caeſarem, Papam eccleſiae praefecit, ipſi Epiſcopi Hierarchiae congruum ducebant, ab hoc potius, quam ab illo ſe nominari. Secutus *Alexandri tertii* Pontificis partes *Conradus primus* Elector, ideo Caeſari inuiſus, quem magis ex aemulatione ſedis Moguntinae, quam iuſtitia cauſae *Ludouicus* ſequebatur. (b) Primo campeſtria Archiepiſcopi loca per Thuringiam inuadit; arces etiam *Mühlberg*, & per Eichsfeldiam *Ruſtenberg*, & *Harburg* expugnat, ex ſegni ad commoda Archiepiſcopatus parentum adminiſtratione minus inſtructas. * Deuictis campis
Obſidetur Erfordia. Erfordia obſidetur, cuius muros *Conradus*, (c) periculum praeuidens, uix antea reſtauraurerat; illa † magnis uiribus & animis ſe defendit. † pag. 36
Miſſi internuntii Moguntiam, qui neceſſitatem exponerent, & rogarent auxilia; uerum & ibi maior calamitas; quippe Caeſar Electorem Moguntiae incluſum oppugnabat. (d) Mox urbe capta Praeſul Romam ad Pontificem *Alexandrum* fugit, irae Caeſaris corriualem, a quo Cardinalem *Octauianum* in pontificatu aemulum acceperat †. Interim Landgrauius

Edit. I grauius omni ope deſtitutam Erfordiam audacius oppugnat, quam cum ad extremam neceſſitatem adegiſſet, nondum animis, (e) ſed uiribus fracta ſe dedidit. *Expugnatur.*

(a) Nicolaus Burgundus *in* Ludouico IV *lib.* 1.
(b) Miſcr. Chronicon Erfurtenſe, & Thuringica *communiter.*
* *An. MCLXIV.* (c) Riuander *in* Chron. Thuring. *ad an. MCLXV.*
(d) Bruſchius *in hoc Epiſcopo.*

† Semel iterumque, tum uero grauiter prorſus hic auctor offendit. Vt enim praeteream, quae de cauſſa controuerſiae Caeſarem inter & Papam dicit, errat certe, dum ait, *Fridericum* Imperatorem *Conradum* Archiepiſcopum Moguntiae obſediſſe; errat, dum pergit, *Conradum* urbe capta Romam fugiſſe ad Pontificem. Vide modo, quae lib. V *Rerum Moguntiacarum* in uita *Conradi* huius *I* adnotatione 8 ad § II & adnotatione 1, 2, 3, 4, & 5 ad § III *Seraiii* p. 566 & ſequentib. dixi. Vt adeo mirer, *Tenzelium* in Schediaſmate *de nummis Moguntinis* id non animaduertiſſe, ſed per eadem, quibus auctor huic inceſſit, ueſtigia inceſſiſſe. De cetero non poſſum, quin ſimul moneam, *Anonymum* ſaepius nobis dictum, dum lib. I cap. IV & VI p. 23 & ſeq. auctorem hic erroris arguit, ipſummet non ſemel a uero deerrare.

(e) MS. Chron. Erfurtenſe, & Thuringica *communiter.*

Exemplum Caeſaris imitatus hic uictor: Ille Moguntiam moenibus nudauerat; ſimilem iniuriam filia retulit; arces autem *Ruſtenberg* & *Harburg* ſolo aequatae. Non diu afflixit fidelitatis poena Erfordiam, quippe *Conradus* Romae Sabinenſem Epiſcopatum, & Purpuram conſecutus, Moguntiae mortuus uidebatur. Suffectus ergo *Chriſtianus* Comes de Buche natione Thuringus, antea Caeſaris Cancellarius, an ualide? non dixerim. Sic quidem ferebat ſaeculi genius; Princeps alias cunctis uirtutibus & militia conſpicuus, ac cum Caeſari eſſet amiciſſimus, eius iuſſu omnia priori bello amiſſa recepit; nihil huic antiquius, † pag. 37 quam ut iacentia moenia repararet. * Amore patriae motus † citius Erfordiam, quam Moguntiam ſecuritati ſuae, & moenibus (a) reſtituit. Introduxit (b) etiam milites, quibus comparatis a ciuibus & clero fundis, domos erexit, & laudabili exemplo poſteros monuit, ne unquam ſine iuſto praeſidio ciuitatem relinquerent, quod poſtea neglectum extremis calamitatibus omnia inuoluit. *Nudatur moenibus uix ante a Moguntino reparatis.* *Reſtauratur a Moguntino.* *Introducitur praeſidium ab Electore.*

* *Anno MCLXVIII.*
(a) Bruſchius *l. d.* & de Epiſcop. tit. ac Diac. Card.
(b) Miſcr. Chronicon Erfurtenſe, & Chytraeus *in* Chron. Saxoniae.

XIV * (a) Comitia a Caeſare anno huius ſaeculi ſeptuageſimo Erfordiae celebrata: turbatus Italiae ſtatus & Palaeſtinae periculum in conſilium trahebatur. In ipſa aede *B. M.* Virginis *Ludouicum* equitem creabat: (b) *Henricus* Leo, Saxonum Dux, bellicoſus Caeſaris aemulus, comitii ſententia proſcribebatur. Biennio poſt urbs haec in parochias diſtributa, (c) cum antea ſola *B. M. V.* eſſet omnium parochialis. Alia uero ſacella a nobilibus terrae, qui a *Wilhelmo*, aliisque ſucceſſoribus introducti in urbe & agris habitabant, conſtructa ſunt. Paulo * (d) poſt fulgure pons mercatorum incenſus, & a curia ad monaſterium Scotorum omnia flammis conſumpta. Simili ſtrage coenobium *D.* † pag. 38 *Petri* cum † fano Seueriano in cineres abiit: (e) nam ortum in domo Canonici incendium omnia montana cum Brületo corripuit. Creduntur milites *Friderici* ſuccendiſſe, offenſi clericis, qui pro concione Caeſarem banno Pontificis innodatum continuo traduxerant. *Comitia Erfordiae habita.* *Vrbs diſtributa in parochias.* *Incendia.*

* *An. MCLXX.* (a) *Vid.* Aſſertionem iuris Moguntini *p.* 18.
(b) MS. Chronicon Erfurtenſe. (c) *Chronolog.* Bucholceri, MS. bibliothecae Caeſareae Vindob. *ſed* MS. Petrenſe *ad an. MCLXXXII differt.*
* *An. MCLXXV.* (d) MS. Chronicon Erfurtenſe.
(e) MS. Petrenſe.

XV * Non ſuffecit interna calamitas; quippe *Ludouico IV* mortuo filius eiusdem nominis *V* ſucceſſit, & ne degener a maioribus uideretur, iura ſui patroni inuaſit, ſed irrito ſucceſſu †. Nam *Chriſtianus* Archipraeſul non pedum ferre ſolum aſſuetus, ſed uictorem gladium per Europam circumtulerat. Igitur hoſtem ita repreſſit, ut interueniente *Bellum inter Moguntinum & Landgrauium.*

*MCLXXX. Caesare (*a*) pacem iniret. * Non erat illa diuturnior ipso metu: uix enim in Italia *Christianus* morbo extinctus, & sibi omnem Thuringiam Landgrauius pollicebatur. Reuertit illinc ad sedem suam *Conradus*, (*b*) a clero & populo humiliter receptus: nec Caesar restitit pontifici conciliatus. Sed & hoc in aduersario uirtutem inuenit *Ludouicus*, praeterea memoriam acceptarum a parente iniuriarum, quas uindicare sublimes natales, nam e Palatino Principe natus, urserunt. Iacta belli alea: cui ut propior esset *Conradus*, Erfordiam ingreditur. Ciues non priore fortuna territi, se suaque pro Domini † incolumitate offerunt: † pag. 39 cum ergo tutandis nouis moenibus sat uirium reliquisset, copias educit, Landgrauium, qui commeatum impediebat, profligaturus. Sed ille in arces se receperat, ac cum bellum uelitationibus protraheretur, Caesar arma deponi, causam suo relinqui iudicio mandat. Edit. I

Caesar arma deponi & experiri iure mandat.

* *Anno MCLXXVII.*

† *Paullini* § XXXII *Annal. Isenacensium* p. 24; Gudenus *omnia detorquens ait*: Ne degener a maioribus uideretur (*Ludouicus V*) iura patroni sui inuasit, sed irrito successu. *A citato* Erfurtensi *uel solo* Bangio, *Mihlano, rectius informari potuisset, quorum postremus ita*: Anno 1177 erhub sich ein streit zvvischen diesem Landgraven und denen von Erfurt, vvelche die Graven im land zu Thüringen mit geldt zu sich gezogen, dass sie ihnen vvider ihren eigenen Herrn beystand leisten solten.

(*a*) Chronicon Mscr. Erfurtense, *& quaedam* Thuringica.
(*b*) *Vide* Serarium *in* Conrado & Christiano.

Mox adest Erfordiae solenni disquisitione controuersiam finiturus. Iudicium in monasterio *S. Petri* instituitur. * (*a*) Citati ad Caesarem comparent Elector & Landgrauius: ille graui oratione *Fridericum* alloquitur, multis Landgrauium accusat, pluribus Thuringiam uindicat: † *Venisse in Germaniam exules Gallia* Ludouicos, *& has in prouincias a Moguntia receptos, quibus excludere benefactricem conentur. Non latere Caesarem, quomodo* Ottonis *Saxonis liberalitate ad filium* Wilhelmum *& Sedem Moguntinam cum Hassia Thuringia peruenerit, ac cum per Vicedominos regeretur, quod* Conradi *Franconis intercessione precariam prouinciae administrationem a* Bardone Ludouicus I *obtinuerit. Voluisse hunc Praesulem fidelitatem ministri donis animare, multisque ditasse feudis, quae demum heredes in arces uerterint, ex quibus nunc Moguntiam impugnent, ac dilatatis aculeis omni Thuringia expellant. Nec desperare de successu, postquam* Lotharius *socer Landgrauios fecisset. Nullum tam aperte id egisse, quam praesentem* Ludouicum, *testari id frequentia bella, quibus initio Caesaris obsequium praetenderit, sed cum aduersus* Christianum *Caesaris clientem uelum hoc aptare non potuerit, apparuisse in suis coloribus habendi* † *libidinem, quae deuastatas prouincias, &* † pag. 40 *hunc Imperatori laborem causarit. Rogare se iubere Caesar dignaretur, ut ab alienis Landgrauius abstineret, nec illum Thuringia expelleret, a quo in eam receptus. Cumque fundatum ius ex uniuersali donatione Moguntiae competeret in prouincias, Landgrauius si quid praetendere uellet, legibus, non armis disceptaret.* Ad haec Landgrauius: *Non culpa exules, sed ui maiori patriis opibus expulsos fuisse* Ludouicos: *quippe semen ex stirpe Merouingorum regia ducere, illa Thuringiae Domina. Rediisse ad hanc terram quasi postliminio, ac cum ab Archiepiscopo occupatam inuenissent, turbare noluisse Praesulem, sed nudo ministerio contentos omnia ad S. Sedis emolumentum gubernasse, hisce seruitiis tanta integritate praefuisse, ut Caesar, & Moguntinus, hic bonis, ille honoribus certatim uirtutes remunerauerint, donec tandem Landgrauiatus titulum Caesar contulerit. Hunc esse, quem inuide respiciat Elector, cumque Vicedominatum, quo maiores ex ordine functi, patri negasset, iam insuper antecessorum beneficia eripere.* Interrupit orationem Elector, & cum relata de Merouingis fabulam dixisset, apparatum & bella, non seruitium sed dominatum affectare ait; obierint uices Moguntiae *Ludo-*

Caesar causam audit. Oratio Moguntini.

Responsum Landgrauii.

uici,

Edit. I *uici*, ministerium fuisse absque iniuria reuocabile. Haesit Caesar ad narrata partium, & quia pro Electore iustitia, pro Landgrauio fauor erat, litem oratione dubia distulit potius, quam diremit. (*b*) Has inter consultationes magnum discrimen Caesar cum suis incurrit; etenim pa-
† pag. 41 uimentum †conclauis subtus ruit; inferius profunda erat cloaca, quinque Comites in coeno suffocati, Caesar clathro ferreo adhaesit, usque dum scalis & funibus admotis eriperetur.

Caesar sententiam differt.

Caesaris casus & periculum.

* *Anno MCLXXXIV.* (*a*) Chron. Thuring. & Erfordiae *hoc anno.*

† *Paullini* § XXXIV *Annal. Isenacenſium* p. 28 5; *Fingit* Gudenus *orationem* Conradi *coram Caesare recitatam*: Exules *scilicet* Gallia ——— dilatatis aculeis omni Thuringia expellant. *Oho! in tuum ipsius sinum inspue. Nullum id tam aperte egisse, quam praesentem* Ludouicum. *cumque* fundatum ius (*quam suauia otiosi cerebelli somnia*) ex uniuersali donatione Moguntiae competeret, Landgrauius legibus, non armis disceptare deberet. *Subdit idem* Rhetor Erfurtensis *responsum* Ludouici, *denuo fingens*, semen ex *fabulosa* Merouingorum stirpe regia nostros gloriari, illa Thuringiae domina. *Quis nescit, ut* Tullianum istud *hic meum faciam*, primam historiae legem esse, ne quid falsi dicere audeat; deinde, ne quid ueri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit, ne qua simultatis? *Haec scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Iuste igitur uanae* Gudeni *assertiones supra a nobis concussae & castigatae sunt.*

(*b*) Mscr. Erfurtense & Riuander *hoc anno.*

* Iisdem in comitiis *Hermannus*, *Ludouici* frater, Palatinus Saxoniae creatur. Dilata (*a*) lis proxima ueris commoditate iterum in bellum transiit, nec unquam *Conrado* cum Landgrauiis res pacatae. Extruunt hi pro firmandis ditionibus arcem *Grünenberg*, cui opponit Archiepiscopus *Heiligenberg* prope *Felsburg*. Ne mors quidem Landgrauii dissidium abrupit, sed frater eius & heres *Hermannus* coepto a fratre bello Moguntinum ursit. Cum tandem iusto exercitu sibi occurrerent, copiae Moguntinae partim caesae sunt, partim fugatae. * (*b*) Fractus uiribus Elector multis renuntiare maluit, quam omnia discrimini subiicere. Retenta Erfordia cum adiacentibus, quibusdam praeterea Comitatibus & praefecturis, potissima Thuringiae & Hassiae uel in feudum, uel in allodium Landgrauio cedens, pacem iniit. Et tunc primo Landgrauii a subiectione Moguntina liberi sunt pronuntiati, nactique exemptionem, quam tanto molimine hactenus intenderant. *Conradus*
† pag. 42 curis fessus sacris se diligentius applicuit. * *Dithmaro* Petrensium † Abbati, (*c*) quod religiosam in coenobio disciplinam accuratius seruasset, infulae priuilegium a Pontifice impetrat. Pro tanti beneficii memoria Elector cum successoribus in confraternitatem istius religiosi coetus assumptus est. * Postea (*d*) monasterium, quod hodie *noui operis* uocant, pro monialibus canonum *S. Augustini* exstruit, ac moritur.

* MCLXXXV.

Continuata bella inter Moguntinum & Landgrauium, arcesque aduersus inuicem exstructae. Moguntinus uictus. Pax initur.

Petrensis Abbas infulae priuilegium consequitur.

Monasterium noui operis fundatur.

(*a*) Mscr. Erfurtense *b. a.* * *MCXCII.*
(*b*) Dictum MS. & Chronic. Thuring. *b. a.*
* *An. MCLXXXIV.* (*c*) Manuscr. Petrense.
* *An. MCXCVIII.* (*d*) Manuscr. Erfurtense.

XVI Satiati uidebantur Landgrauii, & pluribus annis cum iis pax sperabatur, erantque Moguntinae res miserabiles, ut omnia tolerare, quam bellum mallent; at nouum saeculum noua debebat tempestate initiari. * Mortuo *Conrado* (*a*) canonice *Sigefridus secundus* eligitur, sed opponit huic Antarchepiscopum *Philippus* Rex a Pontifice bannitus, *Lupoldum* Wormatiae Praesulem. Hic & Episcopatu, & Regis fauore potentior sedem occupat, alter titulum in Italia & alibi circumtulit. Maluit nostra Erfordia praesentis obsequium amplecti, quapropter *Lupoldo* iurauit. Habuit autem *Philippus* Imperii aemulum *Ottonem*, qui instigante Papa a quibusdam Caesar electus, cui *Hermannus* Thuringiae Landgrauius adhaesit. (*b*) hinc ei Erfordia hostis. Ducunt exercitum in Thuringiam *Philippus* & *Lupoldus*, Landgrauii
† pag. 43 † ditiones exurunt, nec coenobiis parcebatur, *Ottoni* propter Papam adhaerentibus. *Lupoldus* Caesari Erfordiam aperit, ut tam ex ea lacessere hostem, quam eludere posset. Crudelius in Thuringiam saeuiit *Philip-*

Schisma Moguntinum inter Sigefridum & Lupoldum.

Erfordia Lupoldo *adhaeret.*

Hostilia inter Landgrauium & Erfordiam.

Landgrauius Bohemum inuocat.

Philippus (c) quam Caesarem decuit. Landgrauius rem omnem ad *Ottocarum* Bohemiae Regem, suum ex sorore nepotem, defert. Bannitum *Philippum* Thuringiam occupasse, nec ut uictorem in ea dominari, sed ut barbarum, sacra, profana exscindere, euertere aras, eoque iam progressum, ut praeter arces natura loci munitas nil intactum sit, omnia desolata, dispersosque subditos, ut in iisdem praesidium amplius non restet. Veniret Rex ad defensionem consanguinei, aut si communis sanguis, si auita prouincia non moueat, saltem aras & tot sacra, quae Bannitus uiolauit, ulciscceretur. Annuit Rex petitis, & 14000 armatos misit. Iungit his reliquias copiarum suarum Landgrauius, & recta *Philippi* exercitum inuolat. Hic uix impetum sustinuit. *Philippus* Erfordiam fugit, in qua ab insequente Landgrauio obsidetur. Vigilantior erat obsidio, ne qua *Philippus* cum *Lupoldo* effugeret; ast cum forti defensione protraheretur, & languerent diuturnitate uigiles, *Philippus* mutatis uestibus noctu euadit. Collecto * iterum exercitu (d) ciuitati, & *Lupoldo* succurrit † obsidione soluta, ac territo in fugam Bohemo Landgrauium ad pacis leges adigit. * Stabilire illam uidebatur *Philippi* mors; quippe post eum summa rerum ad *Ottonem* Saxonem deuoluta, cuius uiribus *Sigefridus* (e) acto in exilium *Lupoldo*, sedem suam conscendit.

Edit. I

Philippi exercitum fundit, eumque in Erfordia obsidet, qui cum clam fugisset, urbem obsidione liberat.

† pag. 44

Sigefridus sede potitur.

* An. MCC. (a) Cap. *Bonae memoriae* 23 X *de* Elector.
(b) Chronica Riuandri *ad an. Christi* MCXCIX, Abbas Vrspergensis.
(c) Chron. Thuring. *hoc anno.* * *Anno* MCCIV.
(d) Lamb. Schafnaburgens. Addition. *ad hunc annum.*
* *Anno* MCCVIII. (e) Serarius *in* Sigefrido II.

Otto Caesar Moguntinum & Landgrauium infestat, & cur?

XVII * Vix biennium fluxit, & iterum calamitas. (a) *Otto*, qui Pontificis fauore imperium nactus, in eum insurgit, & ecclesiae bonno feritur, cuius publicationem Papa *Sigefrido* Germaniae Primati demandat, nec impune hoc irae ministerium executus est, quippe Caesar *Sigefrido* hostilia nuntiat. Ingenti exercitu depopulatur Thuringiam, Electorem in Erfordia praeuenit, & excludit. Ille nullibi tutus ad *Hermannum* Landgrauium, qui contra Caesarem pro Papa stetit, fugit. Sed mors *Ottonis* finem malis posuit, ac successoris *Friderici secundi* iussu omnia, quae iniquitate belli hactenus Archiepiscopatui decesserant, restituta sunt. Commune illud in *Ottonem* odium *Sigefridum* & Landgrauium aliquamdiu amicitiam colere, uel simulare potius coegerat: nec enim penitus obliuisci poterant praeteritorum. In tantum

Bellum inter Sigefridum & Ludouicum *pium Landgrauium.*

* MCCXIX.

friguscula inualuerant, ut mortuo *Hermanno*, ne cum *Ludouico* quidem eius filio, pio illo *S. Elisabethae* marito, res serenae essent, & cum ei *Sigefridus* † indignationem ecclesiae minaretur, ipse gladio suo pugnans † pag. 45 * uicina Erfordiae depopulabatur: (b) sed a ciuibus repulsus in Eichsfeldiam copias uertit, ubi arces *Harburg* & *Scharffenstein*, unde continuis depraedationibus infestabatur, expugnauit, & demolitus est. Fuit tunc *Ludouicus* adhuc iuuenis, nec illi, sed consiliariis hoc malum imputabatur. Crescentibus belli studiis Fuldensis & Hirsfeldensis Abbates se interposuerant; quibus auctoribus Fuldae pax inita, quam sibi cordi esse ut probaret Landgrauius, ad inuitationem Erfurtensium urbem hactenus suspectam, ideo nunquam sibi uisam * ingressus est, ac a Senatu, populoque ea magnificentia exceptus, qua uicinum Principem decuit. Et quoniam eodem adhuc anno (c) *Fratres Minores* ordinis *S. Francisci*, qui tamen iam aliquot annis habitarant in suburbio, in ipsam ciuitatem recepti sunt, haud dubie pii *Ludouici*, magni istius ordinis patroni, intercessione factum est; locum *Vicedomini* de *Appolda* iuxta *Gerae* dexteram gratuito concesserunt, hinc nomen fundatorum nacti. * (d) Anno sequenti coenobium Fratrum Eremitarum *S. Augustini* extrui coepit.

Pax Fuldae inita.

*MCCXXII.

Fratres minores ordinis S. Francisci Erfordiae monasterium accipiunt.

Sicui & Augustiniani.

(a) Serarius *in uita* Sigefridi II.
(b) Riuander *in* Chron. Thuring. *hoc anno.*
(c) MS. Chron. biblioth. Caesar. Vindobonens. & MS. Chron. Erfurt.
* *Anno* MCCXXIII. (d) MS. Chron. biblioth. Caesar. Vindobonens.

Stabilis

Edit. I † pag. 46

Stabilis igitur cum *Ludouico* pax, non † item cum fratre eius *Conrado*, qui cum *Friderici* Caesaris filiam *Agnetem* uxorem haberet, nihil sibi impune non licere ratus, refractarios prouinciae Abbates, (*a*) Reinhartbornensem praecipue †, suam in protectionem recepit, continuo Archiepiscopatus in Thuringia reliquias, & in Hassia praesertim lacessiuit. Donec & is coniuge mortua cum uitae genere animum mutaret, atque ordini Teutonico (*b*) sese addiceret, cuius postea supremum magisterium in Borussia nactus est. Idem parochiale templum *S. Iacobi*, atque uicinam ei Teutonicam domum erexit. Archipraesul postea Erfurti moritur, (*c*) de cuius cineribus collegiatae ecclesiae hodie contendunt, nullis monumenti reliquiis litem dirimentibus.

Dissidia cum Conrado *Landgrauio.*

Templum S. Iacobi *extruitur.* Sigefridus *moritur Erfurti & ibi sepelitur.*

(*a*) Riuander *ad an. MCCXXXII, &* Chronica *alia* Thuring. *ubi tamen incredibiles nugas admiscent.*

† *Paullini* § XLVII *Annalium Isenacensium* p. 40 auctori hic, quod ad Abbatem Reinhartsbornensem, dicam scribit, &, *non refractarius*, inquit, *ut* Gudenus *Histor. Erfurt. p. 46 censet, sed ex Principis sui edicto.*

(*b*) Riuander *ad an. MCCXLI.* (*c*) Serarius *in hoc* Sigefrido & Manuscr. Chronicon Petrense.

XVIII Narratur huius temporis quaedam historia, (*a*) cuius fidem, nisi constans a maioribus accepta narratio, ipsa etiam monumenta confirmarent, uix ullus admitteret. Saracenorum in Oriente insolentia uires Occidentis prouocauerat: colliguntur a *Friderico* Caesare copiae militares: † *Ludouicus* Comes de Gleichen, belli studiis & pietate flagrans, Christianorum exercitum auget, atque, ut est armorum fortuna fallax, hostium terras uix ingressus, una cum suis interceptus est, mox dirae seruitutis mancipium: seruatus enim in nouos indies labores, eosque gratuitos, nisi quod flagellis rependerentur. Non fuit supra animum calamitas, sed eo mansit erecto & forti. Iuuenilis aetas, pulchritudo colorum, & membrorum proportio, dotes animi commendabant. Aderat eo loci filia Regis Saraceni, haec in uincula captiui cecidit, sed amoris. Abfuit omnis suspicio; liberior ideo Comiti loquebatur, cum misericordiae captiui sors humanitatem imputaret. Auxit eadem animum uirgini, ut prima uinctum alloqueretur, multa de uita eius, de patria, stemmate, aliisque scisitata, nec minuit amorem, quod coniugatum audiret, legibus gentis polygamiam non abhorrentibus. Vetus autem stemma & opes, praeterea miseria amati, adeo succenderunt amorem, ut occultari amplius non posset. Oculorum tela, resoluta in familiaritatem labia facile captiuo indicarunt, ultra misericordiam aliquid Regis filiam angere. Sed Comes memoria uxoris, & numinis metu retractus, cuncta dissimulauit. Tandem desideriis, & amore cor uirginis adeo intumuit, ut affectus omnes effunderet. *Es*, ait, *parentis mancipium*, † *& cum omnia istius mea sint, meus seruus. Mutabimus fortunam, ecce me tibi mancipo, tu Reginae imperitabis: nec hodie dominatus tuus incipit, sed ferrei isti compedes uix te constrinxerant, cum iam arctioribus longe uinculis me captiuasti. Vt paucis dicam, amo te, eritque mihi satis uel tecum in compedibus uiuere, uel mori; si tamen ad tua reuerti, meque sociam felicitatis assumere uelis, ego liberatrix ero; nemo mihi claues ergastuli, uel compedum negabit, fallam deinde per noctem uigiles, & te foeda hac seruitute liberabo, comitabor autem mihi chariorem patre, & omnibus, quae relictura sum. Ecce mundum hunc, & quae praeterea in gyneceo habeo, pretio, quam pondere ualidiora mecum sumam, necessitati uiae impendenda.* Attonitus ad haec Comes legem Christianorum obiecit, quae plures simul uxores habere scelus dicat; reliquisse autem fidam coniugem, maestam quidem, sed ualentem, ut in uiuis illam adhuc speret: uix triennium esse, quo eam uelauerit, duabus prolibus interim fecundam; de cetero tanta se beneuolentia indignum, quam regia soboles offerret. Nihil illa remisit: *necdum*, ait, *me coniugem, sed famulam obtuli. Sin uxor tua, quod tecum spero,*

Historia de Ludouico *Comite in Gleichen, qui duas uxores habuisse dicitur.*

† pag. 47

† pag. 48

superstes adhuc uiuit, sicque latus patriae leges negant, saltem ad pedes patere. Creuit inter sermones utrinque amor, & facile annuit captiuus, cui praemium libertatis oblatum, quod fortius amorem traxit. Vnum, quod morabatur, timor erat, ne ex fuga retraherentur, & haec temeritas crudelissima morte plecteretur; sed cum illa fugae † dolum explicasset, tandem has in leges conuentum est: liberaret regia uirgo captiuum, liber in fugae sociam uirginem assumeret, haec itineris necessitatibus gemmis suis, & auro subueniret, atque cum Europam attigerint, sacratissimo baptismatis fonte Mahumetismum ablueret; si Comitis uxor maerore, uel alio malo interim absumpta sit, uel contingat eam posthac fatis concedere, Regia soboles in thorum adoptaretur; si uero Comitissa uiuat, benigne ab ea cum Comite excipiatur, sitque in castissimis utriusque amoribus, nec unquam tanti beneficii memoria, quo coniuges sibi inuicem restituit, minuatur. Fefellit Regina uigiles, & ducto ex ergastulis captiuo cessit fuga per terras, perque mare feliciter. Ventum Venetias, hic literas ab uxore Comes inuenit, quas passim in orbem terrarum Comitissa scripserat, ut maritum quaererent. Vixit igitur uxor, nec triste hoc nuntium Saracenae fuit, sed in patriam usque & huc Erfurtum, ubi Comites de Gleichen multum habitarunt, secuta; leges pacti foederis utrinque sanctissime obseruatae. Benignitatem Comitissae, & amorem nulla unquam suspicio, uel aemulatio, raro sexus exemplo, minuit. Aliter ab aliis nonnihil haec narrantur, quasi Comes accepto Venetiis nuntio de uita coniugis, Romam cum Saracena profectus, ibidem duarum uxorum habendarum licentiam a † Pontifice impetrarit, in cuius rei fidem spondam satis amplam in arce Gleichen monstrant, in qua duas inter uxores Comes dormiuerit. Solam tamen Comitissam fuisse fecundam fatentur. Sed cui nota legum in hoc genere seueritas, & Romanae curiae stilus, fabulam hanc esse ex uulgi detractionibus ortam, qui tanti amoris castitatem non cepit, facile intelliget. Si te uincit suspicio, concubina fuerit, certe Pontifex in lege Dei non dispensauit. Sepulchrum tamen commune his tribus cessit, uisiturque hodiedum sepulchrale eorum monumentum in monasterii *S. Petri* ecclesia, ubi post altare, quod in medio templi erectum est, ad altitudinem quatuor pedum exsurgit, atque imagines eorum lapidi incisas hoc ordine exhibet, ut Comes in medio, Comitissa a dexteris, Regina capite coronato a sinistris iaceat. Fuit Comitissa ex ueteri *Comitum* de *Kefernburg* prosapia.

Edit. I

† pag. 49

† pag. 50

(a) Chronica Thuringiae *hoc anno.* Griesheim, *Archisatrapa Eichsfeldiae, peculiarem huius historiae narrationem in spem liberationis edidit, dum a Suecis in Cyriaciburgo captiuus teneretur.*

Dominicani Erfurtum ueniunt.

XIX Dum haec ita contingerent, *Dominicani*, (a) quos *Praedicatores* uocant, Erfurtum uenerunt. Habuit *Comes* de *Honstein* amplam hic loci domum, hanc nouiter aduenientibus monachis donat, cui illi monasterium cum magnifica aede substituunt. * *Elisabetha* sancta illa Thuringiae & Hassiae Landgrauia, patrona pauperum, XIX Nouembris moritur.

Mors S. Elisabethae.

(a) Mscr. biblioth. Caesar. Vindobonens. & MS. Erfurt.
* *Anno MCCXXXI.*

XX Interim propter bella Saracenica, aliasque † turbas Mogun- † pag. 51
tinum aerarium erat exhaustum, cui ut succurrerent Erfurtenses, a *Sigefrido Tertio* imperatum. (a) Cunctati illi, nec praesentis Domini auctoritatem satis respexerunt. Subfuit aemulatio quaedam, uel inuidia, uideturque malum illud, quod postea *Rudolfus* Caesar cum rebellium capitibus succidit, iam initium sumpsisse. Insuper *Friderico* Caesari, quem a Papa excommunicatum *Sigefridus* persequi debebat, Erfordia, sicque partibus Gibellinorum adhaesit: ideo confirmatis priuilegiis specialiter in protectionem suam Caesar urbem receperat, (b) sed haec eidem cum Caesare banno innodata †. Elector ut obedientiam extorque-

Sigefridus III *collectas indicit.*

ret,

Edit. I ret, e singulis templis campanam se accepturum minatus est, quas ut redimerent, petitam subsidii summam Archiepiscopo soluerunt, atque in communionem ecclesiae recepti sunt. * Cleri mores, & cura sacrorum defecerant, quibus corrigendis prouinciale Concilium, conuocatis suae dioecesis Episcopis, Archiepraesul hic Erfordiae indixit. Conuentus in monte *D. Petri* habitus (*c*) Clerus de nimiis exactionibus, quibus *Sigefridus* prouentus minueret, conqueritur; is tamen nullam conquirendae pecuniae occasionem neglexit, Reip. necessitatibus querelis

† pag. 52 † praeualentibus.

Prouinciale Concilium Erfurti cogit.

(*a*) Manuscriptum Erfurtense. (*b*) MS. Chronicon Petrense.

† Auctorem hic rem non ita bene praecipere, iam notaui lib. V *Rerum Moguntiacarum* in uita *Sifridi* huius *III*, adnotatione 3 ad § XV *Serarii* p. 601.

* *Anno MCCXXXIII.* (*c*) MS. Chronica Petrensia.

(*a*) Habuerant hactenus *Comites* in *Gleichen* a Sede Moguntina, praeter Comitatum, Aduocatiam etiam Erfurtensem in feudum. Sed quoniam Landgrauius cum *Henrico* Comite litem habebat, (*b*) apud Caesarem illum accusat, congestisque multis criminibus proscriptionem eius impetrat; ne autem Aduocatiae ius in manus exteras incideret (iam tum enim Landgrauius sibi attribuerat) *Sigefridus* reluit, (*c*) datis loco pignoris Landgrauio reditibus in *Guttera*, usque dum & hos pecuniis redimeret, utque Comites antea, sic ille sub Aduocato deinceps credidit. Turbis iisdem ad sua commoda usi Erfurtenses: uel aduocatiae coniunctum, uel a multis annis datum Comitibus ius, quod aperturae uocant, ui cuius porta Leonina (fuit illa, ubi mons Petrensis declinat in Austrum,) Aduocatis esse patula debebat, id his in litibus ciuitas si non ut praedam, saltem ut mercem accepit. Pretium aliquot nummorum maltera fuisse dicunt. * Magno aere alieno Archiepiscopatus premebatur, cui exsoluendo Archipraesul, & cathedrale collegium, ut

† pag. 53 in singulis ecclesiis beneficium distraheretur, (*d*) pretium † fisco cederet, per Electoratum edixit. *Sigefridus* Erfordiam in autumno adiit, & non sine murmure Cleri, praebendarum fructus collegit.

Aduocatiam a Comitibus de Gleichen recuperat.

Iisdemius aperturae Erfordia intercipit.

* MCCXXXV.

Archipraesul Clerum collegiat.

(*a*) Mscr. Chronicon Petrense. *Extant etiam desuper documenta in Archiuis. Vid. etiam* Assertio iuris Moguntini, *edita anno* 1663, *p.* 22.

(*b*) Chron. Thuring. *h. a.* (*c*) Mscr. Chron. Petrense. (*d*) *Idem* Mscr.

Pietas *Elisabethae* Thuringiae Landgrauiae per Christianitatem uulgata, ut tamen ecclesiae certiora indicia Numen daret, frequentia ad tumbam eius miracula operatur, certum aduersitate pressis refugium aperit: de quibus, & simplici uitae innocentia Pontifex edoctus, * ex antiquissimo ecclesiae more, solemni, ut uocant, canonizationis actu, sanctitatis testimonium publicat, diem obitus sacrum dicit, inque numerum eorum, quos ut amicos Dei ueneratur, & patronos inuocat ecclesia, refert. * Hoc *Gregorii IX* decretum decem dierum festiuitate per Moguntinum, Treuirensem, Colonien sem Archipraesules, & Episcopos triginta sex, hic Erfordiae tanquam in prouinciae metropoli publicatum est. Deinde Praesules abiuere Marpurgum, ac ibi solemnitates reliquae peractae sunt.

* MCCXXV.

XIX dies Nouembris S. Elisabethae sacer.

* *Anno MCCXXXVI.*

* Quod *Henrico* a Landgrauio, idem *Meinhardo* Comiti de Möl- Meinhardus
berg a Moguntino contigit: (*a*) etenim cum ille ciuitati molestus de nocte ciuem abduxisset, datisque mandatis non restitueret, agente apud

† pag. 54 conciliatum ecclesiae Caesarem Electore proscriptus, † Comitatus Sedi apertus est. * Elegans (*b*) ista, & stupendae molis concha, quae ad monasterii Petrensis ambitum in peculiari lauacro uisitur, cura Abbatis eodem in loco excauata, deinde aedificium superstructum est. Successit istis frigusculis ingens clades, qua grauior huic urbi per ignis uiolentiam non acciderat. (*c*) Initium ortum in pistrina prope monasterium Canonissarum *S. Augustini*. Validior flamma a uehementi uento in occidentem cogebatur, ubi continua strage obuia quaeuis depasta est,

Comes de Möhlberg proscriptus.

* MCCXXXIX.

Ingens incendium Erfordiae.

ipsa templa eorumque muri huic impetui se subiecerunt. Nec desiit ignis, donec carens alimento campus occurreret. Iacuerunt in cineribus praeter dictum monasterium sanum *S. Wigberti*, *S. Bartholomaei*, Coenobia *Franciscanorum*, *Albarum Dominarum*, omnia praeterea usque ad portam Krempferianam, per quam a loco nati incendii quasi per continuam plateam, uel potius per campum prospiciebatur. Edit. I

* *Anno* MCCXXXVI.

(*a*) MS. Chronicon Erfurtense. *Extant etiam desuper documenta.*
(*b*) MS. Chronicon Petrense. (*c*) MS. Chronica Erfurtensia.

Moguntinus Henricum Landgrauium Caesarem eligit.

XXI Tanta fuit Moguntiae cum Landgrauiis sinceritas, ut non dubitaret *Sigefridus* contra *Fridericum* Caesarem, (*a*) postquam tertio excommunicatus esset, *Henricum* Landgrauium eligere, * id quod consentiente Treuirensi, Colonienſi, & Herbipolensi factum est; sed cum ille Sueuos † Vlmam tenentes obsideret, (*b*) atque sagitta lethaliter uulneraretur, in eo (nisi quod fessus annis *Conradus* in Borussia supersesset †) † pag. 55

Landgrauiorum Thuringiae familia extincta.

masscula Landgrauiorum stirps extincta est. Aperta igitur frequentia feuda, quae *Ludouicis*, & posteritati masculae Moguntia concesserat.

Duo aemuli, qui Thuringiam & Hassiam praetenderunt.

Aderant ex feminina Landgrauiorum stirpe duo aemuli, qui utramque prouinciam sibi deberi contendebant; scilicet *Henricus* de Brabantia duorum annorum adhuc infans, *S. Elisabethae*, & *Ludouici* ex filia *Sophia* nepos. Alter *Henricus* de *Misnia*, dictus *illustris*, ultimi Landgrauii *Henrici* nepos ex sorore. Erat igitur iste linea, hic gradu potior; cumque res Imperii desolatae essent, & sine iustitia respublica, Mogun-

*MCCXLIX

tia *, mox *Sigefrido*, (*c*) cum uix antea uacantium beneficiorum census aerario per quinquennium impetrasset, uiduata, segnius sua ursit, uel neglexit potius, & spectare maluit Henricorum bella, quam se immiscere.

Christianus II Mogunt. choro quam regimini aptior.

Quippe *Christianus Secundus* successit, (*d*) doctus quidem & pius, sed qui nimis rigida pietate bellum horruit, illudque Euangelistae: *mitte gladium in uaginam* (ut de se ipso scribit) antecessorum exempla opponentibus occinuit: Episcopo gladium spiritus, non saeculi conuenire. Verum pessime hoc Sedi, & ipsi *Christiano* † cessit. Illi † pag. 56 pulcherrima occasio multa Thuringiae sibi aperta uindicandi elapsa. Hic choro, quam regimini aptior iudicatus; ac ne Archiepiscopatus ulterius rueret, Capitulum ad Pontificem pericula detulit: Esse *Christianum*, quod mores, doctrinam, & pietatem attinet, Archiepiscopatu dignissimum; sed illam horum temporum uiolentiae non sufficere; nec enim se Praesule tantum: sed & Principe egere, qui ferro secet, quod cedere pedo renuit. In occidente periclitari *Wilhelmum* Regem, alibi Moguntinae Sedis bona, in proemium uictoriae peregrinis exponi, ad haec omnia *Christianum* quiescere. Pontifex temporum gnarus *Christianum* ad chorum remitti, alium regimini suffici mandat. *Christianus* in uigilia natiuitatis Domini Erfordiam uenerat, obedientiam iurata

Miraculum S. Fontis Erfordiae.

fide sibi stipulaturus. Statim miraculum *sacri fontis* cuenit, (*e*) Fures sacram pixidem e templo pridie assumptae Virginis abstulerant; uilem materiam, (argentum fuit) in praedam seruarant, reconditum intus thesaurum, sacras hostias, in puteum abiecerant. Quinto post mense sacrilegorum alter acri morbo ad poenitentiam a Numine uocatur, Isenaci decumbens Sacerdoti negotium explicat. Hic fide plenus Erfurtum contendit, lacunam, † ubi S. hostiae iacuissent, examinaturus. Erat deci- † pag. 57

* MCCL.

mus tertius dies Ianuarii, * & aquae omnes frigore congelatae erant, hic autem fons creatoris sui reuerentia liquidus incorruptas hostias per limpidam undam ostendebat. Nuntiatur *Christiano* miraculum; ille conuocato populo, & omni Clero stipatus sanctissimas hostias eleuat. Testis huius rei tota urbs, in cuius memoriam templum ad fontem erectum, atque solennis festiuitas in omnes annos indicta est. Par signum

Miraculum S. Sanguinis.

de mysterio (*f*) Eucharistiae sub *Conrado* superioris saeculi anno nonagesimo primo in uilla *Bechstet* Numen dedit, sed haec historia saera persequitur. Idem *Christianus* (*g*) facta ad *S. Petrum* uisitatione *Henricum* Abbatem suffecto alio, munere exuit.

(*a*) Baronius

Edit. I

(a) Baronius & alii uniuersales Historici.
* *Anno* MCCXLIV (Male. leg. an. MCCXLVI)
(b) Chronica Thuringiae *hoc anno* (scilicet MCCXLVIII; sed male)

† *Sagittarius* cap. IV § V *des Gründlichen Berichts von Landgrav* Heinrichs *in Thüringen Römischen Königswahl* p. 31; Gudenus *quidem opinatur*, Henrici *fratrem* Conradum, *Ordinis Teutonici Magistrum, tum adhuc superfuisse. Sed enim, cum in scriptoribus antiquis hac de re nil inueniatur, credibile est, illum ante iam fatis functum fuisse, quam* Henricus *in Romanorum Regem electus est.* Paullini l. d. § LIV p. 47; Conradum, *defuncto* Henrico, *in Prussia superstitem credit* Gudenus, *cum* Bangio; *sed unde mihi probauerit? decessit forte, antequam frater eligeretur Rex Romanorum. Tenzelius* § CCXLVIII *Supplementi II ad* Sagittarii *Historiam Gothanam* p. 578; *Quibus* (scriptoribus Prussicis) *pollicem premunt ex Thuringicis, qui* Conradum *mortuo* Henrico *superstitem fuisse referunt, inter quos* Gudenus; *cui tamen* Sagittarius *sub finem dissertationis* de Henrico, & Paullinus *in* annalibus Isenacensibus *sub initium finemque p. 47 dicam scripserunt*, Conradum *ante* Henrici *in Regem Romanorum electionem decessisse coniicientes. Equidem* Hartknochius *tam in notis* ad Duisburgium *p. 131. seqq. quam in* Historia Prussica germanica *parte II cap. II p.* 280, 281 *fatetur, ostenditque, plane incertum esse, quo anno* Hermannus *de* Salza, Conradusque *Landgrauius obierint, nec Prussiae Historicos sine inter se, sine cum aliis consentire. Si tamen quis attenderit*, Conradum, *licet Ordinis Teutonici Magistrum, plus tamen in Thuringia, Hassiaque, quam in Prussia uersatum; maiorem quoque fidem antiquis Thuringorum Chronicis, quam aliis, de mortis eius tempore habendam esse facile iudicabit.* Ceterum, ut id addam, anonymus auctor *Chronici Erfurtensis*, quem *Schannatus* Collectione I *Vindemiae literariae* in lucem protulit, auctori *de Landgraviis* ἀνεψηφος est, & *Conradum* anno MCCXL defunctum esse, his p. 99 scribit uerbis: *Anno Domini MCCXXXX pernicioſa adhuc eccleſiae inter Papam & Imperatorem diſcordia cunctis fidelibus non modicum incuſſit timorem, maxime, cum Frater* Conradus, *Magiſter Domus Teutonicae, qui Principum Alemanniae conſilio ad ipſos concordandos miſſus, occulto Dei iudicio Romae VI Kalend. Auguſti diem clauſerit extremum.*

(c) Mſcr. Chronica Petrensia. (d) Serarius *in eius uita.*
(e) *Edita historia haec typis anno* 1510. *Habeturque in coaetaneis monumentis ecclesiae beatae* Mariae *uirginis.*
(f) Serarius *in hoc* Conrado. (g) MS. Chronicon Petrense *hoc anno.*

XXII * Depoſito *Chriſtiano* eligitur, qui per aetatem difficultatibus par esse posset (a) iuuenis *Eberhardus*, Patre *Conrado* Siluestri Comite natus, Regi *Wilhelmo* studiosissimus. Is ut praedecessoris negligentiam uigilantia sua notaret, uicesimam † (b) redituum partem a Clero extorquet, ac collecto exercitu bellum *Alberto* Brunsuicensi denuntiat. Hic filiam suam infanti de Brabantia desponsauerat, ac ideo pro eo bellum gessit. Vocati ad sequelam Erfurtenses prompti aderant. Vt autem Moguntinus in terram hostis incommoda belli deriuaret, adigeretque ad tutanda sua, qui aliena inuaserat, duxit per Eichsfeldiam exercitum, & concitato simul in *Albertum Diderico* † Comite de Euerstein, agrum Göttingensem inuasit. Reliquerat Dux tutandae isti terrae praesidium cum Praefecto *Wilichio* a *Kerstlingeroda*, (c) qui iusto exercitui impar ad astum recurrit. (d) Collecta equitum ala, rusticos leuibus armis onerat, uictorem exercitum a longe & non nisi per deuia montium & siluarum sequitur, uictoriam ab occasione sperans. Nocte quadam ad uillam monasterii *Walckenride*, dictam *Balsteten*, perueniunt Moguntinus, & Comes, exercitus in campo relinquitur, & quoniam pares uires non habebat uicinia, tutus ille sine ordine, aut uigiliis palatur. Statim res ad Praefectum delata est; hic uelocibus, & ala equitum assumptis quanto potest silentio ad praedium appropinquat: paucis, qui experrecti restiterant, interfectis, effringuntur fores: † ipseque *Eberhardus*, & Comes capitur, simul spes Moguntinae, quae in immensum creuerant, concidunt. Erfurtenses (e) pro Domini libertate soliciti publicas preces Numini decernunt. Tota ciuitas moesto ordine montem *D. Petri* ascendit, sacrificium missae de *S. Petro* ad uincula cantatur. Nec sine effectu deuotio; quippe post unius anni captiuitatem *Richardus*, Cornubiae in Anglia Princeps, electus a nonnullis Romanorum Rex, captiuum ingenti pecunia redemit, ut per hunc Electorem Romani Imperii sceptra consequeretur.

† pag. 58

† pag. 59

Christianus deponitur & sufficitur Eberhard.

Hic Brunsuicensi bellum infert.

A copiis Brunsuicensibus capitur. Erfurtensium pro eo supplicationes.

Richardus eum redimit.

* *Anno* MCCLI. Edit. I

(*a*) Serarius *in uita huius Archiepiſcopi, ubi quidem* Gerhardum *uocat; ſed antiquiſſimus nummus argenteus ab eo cuſus (quem habeo) in diuiſcla moenium parte, ut infra ad annum MDCXXXV dicemus, inter alios inuentus,* Eberhardi *nomen refert. Eius imaginem addo.*



Refert quidem, ſed errore ſculptoris, ut lib. V *Rerum Moguntiacarum* in uita eius adnotatione § I *Serarii* ſubiecta p. 608 iamiam monui. Vt enim praeteream, in tabulis *VVilhelmi* an. MCCLII, VI Nouembris monaſterio *S. Petri* Goslariae datis, & *Richardi* Caeſaris Colonienſibus an. MCCLVII conceſſis; in litteris etiam *VVernheri* ſucceſſoris anno MCCLXX ſcriptis, illum ſemper *Gerhardi* nomine appellari; ipſe profecto in tabulis nunquam non *Gerhardum* ſeſe uocat.

(*b*) Dictum Chronicon.

† *Comitem* de *Eberſtein* perperam hic *Didericum* uocat auctor. *Conrado* namque illi fuit nomen. Vid. *Chronicon Principum Brunſuicenſium rythmicum* cap. LXIX p. 137. *Hermanni* de *Lerbecke* Chronicon *Comitum Schauenburgenſium* p. 511, & *Meibomium* in adnotat. p. 535.

(*c*) MS. Petrenſe. (*d*) Cranzius *lib.* 8 Saxoniae *cap.* 21 & 22.
(*e*) MS. Perrenſe.

Erfordiae Senatum ex ciuibus ordinat.

Multum poſtea Erfurti moratus, quod eximiis priuilegiis ornauit, nonnulla eidem uendidit. (*a*) Quippe cum antea domus Vicedomini curia eſſet, ac per officiales Moguntinos, ſcilicet Vicedominum, Praetores urbanum, & ſuburbanum, Aduocatum, Quaeſtorem, fori, & rei monetariae Magiſtrum omnia ſtarent (niſi quod pro lubitu ciues prudentia commendatos interdum in conſilium adhiberent) ipſe ciuile regimen, & Senatum duodecim uirorum, quibus duos Magiſtros praefecerat, inſtituit, nouo huic Senatui ciuitatis cuſtodiam, politiam, & executionis miniſterium demandauit, ipſum adeo ſigillum urbis credidit, addito fidelitatis uinculo, ut iuris iurandi religione † de non perperam utendo cauerent. Suis autem officialibus ſuperioritatem, regalia, iurisdictionem, & illa reliquit, quae propria Principis ciuici Magiſtratus capacitatem tranſcendunt. Clero fuit moleſtior, (*b*) cui uigeſimam partem reditiuum intercepit. * Tandem Erfordiae obiit (*c*) *Eberhardus*, ibique apud Franciſcanos (de quorum familia fuiſſe creditur) ſepultus iacet. Ceſſit igitur Moguntiae de hac praeda nihil, ſed *Henrici* ea lege pacem inierunt, ut Thuringia Margrauio de Miſnia, Haſſia Ducì de Brabantia, ſaluis tamen Moguntiae iuribus & territoriis, quae ante hoc bellum in utraque poſſedit, cederet.

† pag. 60

Obit Erfordiae.

Aemuli qui de Thuringia contenderant pacem ineunt.

(*a*) *Extant deſuper* documenta & mſcr. Chronicon Petrenſe.
(*b*) Mſcr. Chronicon Petrenſe. * *Anno MCCLX.* (*c*) Trithemius.

Imperium ſine Caeſare, & quae hinc damna?

XXIII Imperium interim ſine Caeſare fuit, cumque non eſſet, qui timeretur, caedes, uiolentiae, depraedationes, depoſito ſceleris nomine, fortitudinis gloriam aſſumpſerant. Nobiles ex arcibus hinc inde praedas in omnem uiciniam egerunt, & quoniam frequenti mercatui iamtum incubuit Erfordia, grauiter hoc malo preſſa, interceptis paſſim mercibus, & ipſis adeo ciuibus, non ſine diuite lytro dimittendis, commota ob haec ciuitas idoneos ad arma deligit, uarias arces, quibus pro receptaculis latrones utebantur, oppugnat. Ceſſit hoc tam feliciter, ut, cum hanc Germaniae partem a latronibus purgaſſet, † encomium,

Erfordia encomium, Ciuitas pacis, meretur.

† pag. 61

CIVI-

Edit. 1 CIVITAS PACIS, acceperit. * Inter haec bella Senatus a *Werneto* societates lanionum, (*a*) & pistorum abrogari supplex petit: seu quod creuerat illarum potentia, & cum hac curiae excessus notandi libertas, ut a senatu timerentur. Vel in ciues aequalis amor priuatae utilitati inuidebat; quidquid sit, bono publico molimen ornabatur: esse monopolium ciuitatis malum, quod paucorum lucris emat communia damna, huc respicere tribus, aut merces & operas uendentium classes, modo nuper in reip. perniciem congregatas. Dispergendas potius diuitias in plures, quam auaritiae paucorum mancipandas, ne uel hi nummorum fiducia insolescant, uel egenos ad nouarum rerum cupidinem indigentia cogat. Illa an ciuilis societas, ubi necessitas omnium auaris paucorum crumenis commendata? quin potius ad necessitatem communem subleuandam, socios, ciues inuitandos? aequum praeterea esse ut gaudeant commodis, qui reip. onera ferunt; proinde omnibus, qui uectigal aerario Moguntino soluunt, ac ab Electorali iudicio iura expectant, carnis, panisque commercium Archiepiscopus concederet; nihil de prouentibus, & iuribus Electori decessurum, sed quae societates illae hactenus seruitia & reditus praestiterint, ciuitatem † in se cum sufficienti † pag. 62 indemnitatis cautione suscepturam. *Wernerus*, cum haec res uniuersi populi fauorem concernere uideretur, annuit, certasque leges huic licentiae praescribit, pro qua Senatus, praemissa cautione, gratias refert.

Societates lanionum & pistorum abolentur.

* *An.* MCCLXIV. (*a*) *Extant* Documenta.

Ex propinqua arce Stotternheimensi, quae multiplici uallo & muris inuincibilis habita, ad ipsas urbis portas praedae agebantur, (*a*) frequentiores, quoniam ex specula quasi, ad ipsam urbem uniuersa planities, nullo tumulo uisum intercipiente, potuit obseruari. Haec ergo primam iram experta: * Expugnata ab Erfurtensibus solo aequatur. Visuntur hodiedum rudera, & uallorum non aequati satis tumuli, praedones intercepti capite plexi sunt. Nata cum felicibus rebus inuidia; quippe uicini Comites huic fortunae inuiderunt, timuerunt etiam uictricia arma, quae ciuitas per Thuringiam circumtulit. * Mox discordiae secutae. (*b*) Erfordienses recentibus uictoriis animosi Comitatus inuadunt, obuia dispoliant: Comites e contra uias obsident, atque commercia, commeatum etiam impediunt. Creuit annonae caritas in ampla urbe, nec, nisi continuis eruptionibus importari quid poterat. Insuper aptis ad arma ciuibus eguit, cum uix ante triennium bis mille centum sexaginta homines † pag. 63 pestis absumpsisset. † Detulit urbs (*c*) necessitatem ad Dominum suum Electorem *Wernerum*, multa de Comitum iniuriis conquesta auxilium petiit. Ille submissis trecentis (*d*) equitibus succurrit, qui continuo hinc inde uias oberrantes securitatem urbi restituunt. * Praeterea ciuitas *Albertum* (*e*) Comitem in Gleichen sibi foedere ligat. Promittit ille ciuitati, cuius ciues maiores suos fuisse praedicat, consilia pariter, & opem contra quosuis, Caesare, Sede Moguntina, & patruo suo Comite *Alberto* de Gleichenstein excepto. Tandem ipse Elector dissidentes (*f*) prouinciae proceres Erfordiam inuitat, & causae cognitione habita litem definit. Varie in id his annis conuentum est, ut aduersus turbulentorum inuasiones arma iungerentur. Publicae, seu territorialis pacis nomine foedera inita, uis uni illata pro communi iniuria acciperetur, (*g*) ne calumniae locus esset, iudicia ex pacto constituerentur, quae de fracta pace cognoscerent. Nocentes illico laesae parti satisfacerent, aut foe- † pag. 64 deratis armis possessionibus exuerentur. Capita foederum alias † Archiepiscopi, interdum Landgrauii fuere, sic tamen ut amica ciuilitate aduersus se inuicem arma sociis nunquam sponderent. Ista ex pacto iudicia libertati urbis pericula, & turbas postea pepererunt, (*h*) ueteri iam tum arte, potentioribus omnem subiectionis speciem, in argumentum dominatus acceptantibus.

Arx Stotternheim expugnata solo aequatur.

* MCCLXVIII.

Res secundae inuidiam urbi prouocant. Dissidia cum uicinis Comitibus.

Ingens pestis Erfordiae. Erfordia pressa a Wernero auxilia petens, accipit.

Vrbis foedus cum Comite de Gleichen.

Elector Mog. Thuringiae proceres urbi conciliat.

Inter Thuringiae proceres foedera pacis publicae iuntur.

(*a*) MS.

(a) MS. Chronicon Erfurtenſe. * *An. MCCLXXV.* Edit. I
(b) MS. Chronicon Erfurtenſe *h. a.*
(c) Additionator *ad* Lambertum Schafnaburgenſem *hoc & ſequente anno.*
(d) MS. Chronicon Erfurtenſe *h. a.* * *Anno MCCLXXVII.*
(e) *Extat confectum deſuper* Inſtrumentum. (f) Riuander & alii.
(g) *Extant uaria Inſtrumenta in Archiuo ſuper his pactis* des Landfriedens *concepta.*
(h) *Cum Landgrauii in argumentum ſuperioritatis poſtea allegarint in Tractatibus pacis Monaſterii. Vid.* Deductio Saxonica, *iura ſuperioritatis in Erfordia concernentia, Monaſterii exhibita.*

Senatus ob conditum ſtatutum indignationem Electoris incurrit.

XXIV * Dum Erfordiae praeſens Archiepiſcopus moraretur, Clerus ſuper iniquitate ſtatuti, (a) quod recenter Senatus publicarat, querebatur. In eo bonorum immobilium in Clerum donationes, & quamlibet translationem dominii ſub caducitatis poena prohiberi, manifeſtam cleri iniuriam hoc reſpicere, idque temeritatis hic notandum eſſe, quod iniquiſſimam legem ob reuerentiam, & honorem S. Matris latam Senatus in praefatione dicat. Hic multis innocentiam ſtatuti defendit: *Nihil in Cleri iniuriam actum, ampla poteſtate pretium cuiuſuis rei donandae relicta: poſſeſſiones rerum immobilium merito Clericis inuideri: eſſe iis manum mortuam, ad omnes Reip. neceſſitates torpentem; nihil temeritatis ſe committere, quod in reuerentiam & honorem matris pro utilitate filiae ſtatuta condat.* Elector Senatui poteſtatem ſecundum leges iam latas urbem adminiſtrandi conceſſam, nouas † ferendi Moguntiae reſeruatam dicens, ſtatutum illud antiquauit, mulcta mille marcarum argenti puri adiecta, quod Electoris iura Senatus inuaſerat. * Secuta pax clauſtrum Canoniſſarum *S. Auguſtini* (b) ex cineribus, in quibus a nupero incendio iacuerat, erexit, deditque ex re nomen *noui operis*, ſicut & illa continens *noua ciuitas* appellata eſt. * Ciuitas a milite nobili *Hermanno* de *Huſingeroda* (c) Comitatum *Viſelbach* una cum curia prope *S. Bartholomaeum*, eiusdemque templi iure patronatus, quingentis quinquaginta marcis argenti puri emit. Curiam ipſam & annexum ius ſub certis legibus retrouendidit. *Henricus* Comes de Gleichen, *Alberti* Gleichenſteinenſis filius, directus iſtius Comitatus Dominus, his omnibus aſſenſit. † pag. 65

Monaſterium noui operis reparatur.

Erfordia emit comitatum Viſelbacenſem.

* *Anno MCCLXXXI.*
(a) *Extat hodiedum in antiquo* Statutorum *libro, quod aſſeruatur in curia.*
* *Anno MCCLXXXV.*
(b) MS. Chronica Erfurtenſia. Manuſcr. Chronicon bibliothecae Caeſareae Vindobonenſ. *hoc anno initiatum putat.*
* *Anno MCCLXXXVI.*
(c) *Extant* documenta. *Copias uide in* ſcripto Erfurtenſium aduerſus Saxonicorum Informationem *Monaſterii in Tractatibus pacis exhibito, lit.* O & P.

*MCCLXXXVII. *Inſurgit aduerſus uiduam matrem.*

XXV * Eſt hic Erfordiae genius, quod res aduerſas temperantius, quam ſecundas ferat. Igitur cum uiciniam terruiſſet, reddita ferocior aduerſus Matrem inſurgit, obſequia detrectans. Licentiam a motibus ciuilibus apprehenderat, inter aemulorum contentiones fere per triennium uacante ſede. Moguntia beneuolis adhortationibus urbem monet, uocatque † ad obſequium S. Matris: recordaretur in quam amplitudinem ſub S. Sedis imperio creuerit certo minuendam, ſi refractaria fiat. Omnem uiciniam felicitati eius inuidere, cumque inuidiae comes ſit odium, & nocendi cupido, quomodo niſi Moguntiae uiribus tuta eſſe uelit? ceſſiſſe iam dominio Landgrauii Thuringiam, ſola pene urbe Moguntinam libertatem retinente: num ancillari uelit, cum filia manere poſſit? Nihil hiſce mota urbs, quam nimiae felicitatis caligo inuaſerat, quaeque non amat, niſi quem timet. Vicinos urbis uires expertos nihil amplius auſuros credidit. Moguntiae ipſa longinquitate imbelli ſufficere debere, ſi precarium imperium habeat: Cetera filiam ſuae uoluntati relinquendam. Auxerunt animos rebellium Moguntina ſchiſmata, (a) quae temporis huius infelicitas uaria protruſit. Ipſe *Henricus* urbem accedit: haec, ne Domini praeſentia moroſitatem corrigeret, propoſitam defectionem obſequiis & iureiurando tegit, *Henricum* demiſſe recipit, qui uiciſſim priuilegiis ciuium per literas cauet, (b) quas † pag. 66

Henricus *neuter electus Erfordiam ingreditur.*

fratris

Edit. I *fratris Henrici* (fuerat antea religionis Minorum *S. Francisci*) hodie appellant. Idem Iudicium conseruandae paci in Thuringia erexit, ei
† pag. 67 Vicarium seu Capitaneum praefecit, cui duodecim ex † prouinciae proceribus Assessores iunxit, qui potestas simul & consilium essent. Sigillum, quo iussa munita, sat grande, post aliquot saecula redinuentum (c) Archiuum Moguntinum asseruat, inde acceptum in imagine exhibeo. Caesarem in sede locat isthinc formidabilem gladio, hinc sceptro ornatum. Rota Moguntina dextram, sinistram Thuringiae Leo tenet. Epigraphe solitis istius aeui contractionibus haec refert: *Sigillum pacis Thuringiae Fratris* Henrici *Archiepiscopi Moguntini, seu Vicarii ipsius Capitanei pacis, & duodecim conseruatorum eius.*



(a) *Vide* Serarium. (b) *Extat tale documentum, cuius tamen auctoritas in dubio est* †.

† *Anonymus* ille lib. I cap. IX § IV p. 67; *Conuentionem hanc uix oculis ferre uidetur* Gudenus, *dum dicit*: Extat tale documentum, cuius tamen auctoritas in dubio est. *Verum enim uero, quod ea sat liquentis sit fidei, verum testantur circumstantiae. Qua occasione illud porro monendum, ἀντόγραφον conuentionis huius ceteroqui* Das grüne Buch *appellatum fuisse.* Ceterum *idem* p. 66 monet, conuentionem hanc an. MDLXXXIX prelo *Melchioris Sachsen* Erfurti formâ maioris ordinis excusam esse hoc titulo: *Kurtzlich doch gäntzlich Verzeichniss aller und jeder particular-rechten und gerechtigkeiten, wvelcher und keiner mehr vor alten zeiten die Erzbischöffe zu Maintz an und in der freyen Stadt Erffurt sich dermals angemasst, inmassen dieselben auffschrifftliche gesinne wveiland des Hochvvürdigsten Fürsten und Herrn, Herrn* Bruder Heinrichs, *Erzbischoffen zu Maintz, Obersten Canzler des H. Römischen Reichs, vermittelst gehaltener unterhandlung und endlichen vergleichung beyderseits dazu sonderlich geordneten Legaten um steter haltung vvillen schriftlich verfasset, beliebet, und so vvol von dem Erzbischoff und Capitul zu Maintz, als von einem Ehrbarn Rath zu Erffurt im jahr Christi geburt 1289 Sonnabends nach Catharinae versigelt, hinc inde einander übergeben, und angenommen, auch hernach anno Christi 1481 von Maintz vvider Erffurt zu gebührlicher recognoscirung und transumirung produciret vvorden, und dem versigelten Original von vvort zu vvort gleichstimmig sind.*

(c) *Vbi & qua occasione fuerit inuentum, uide infra ad annum 1463. De reliquo hic ille* Henricus *est, qui Militibus quam Clero addictior, a quo non illepidum illud epitaphium accepit*:

Nudipes Antistes, non curat Clerus, ubi stes,
Si non in caelis, stes ubicunque uelis.

Aſt ferociores iam Erfurtenſes, quam ut priuilegiis deliniri, uel contineri imperio uellent. Nam uix *Henricus* diſceſſerat, iterum exhauſtam ſedem deſpicere, libertatem & licentiam confundere, illam ſectari, in hanc incidere: Hinc in urbe tumultus. Plebs in Magiſtratum inſurgit, & tantum quisque imperitat, quantum audet. Nec intra moenia ſe continet peruerſitas, ſed nequiores erumpunt, & per Thuringiam praedas agunt. Spectare malum nonnihil debuit Moguntia, cui mederi ex tempore non poterat. Licet autem ciuilibus diſpenſionibus exhauſta, Caeſaris tamen *Rudolfi* fauore potens erat, † quippe hunc † pag. 68
feliciſſima omnium electione per *Wernerum* (*a*) ad Imperium promouit, ut ſuam felicitatem ſereniſſima Domus Auſtriaca, & Romanum Imperium ſereniſſimam Domum Moguntiae debeant. Igitur cum potentior eſſet Erfordia, quam ut leuibus armis ad officium redigi poſſet, temerarios auſus ad *Rudolfum* defert, *Gerhardus*, (is nouiter Elector denuntiatus) immorigeros caſtigari, ſuaeque reſtitui obedientiae rogat. Caeſar S. Sedis precibus defert, ac Erfurtum armatus * accedit. (*b*) Sola maieſtas urbem terruit. *Rudolfus* apertis portis cum omni demiſſione recipitur. Non mitigauit iram ſera poenitentia, ſed Caeſar pro tribunali ſedens in turbarum auctores inquiſiuit, legitime conuicti capitali poenae extra portam Krempherianam ſubiecti, octo primae dignitatis Senatores publice in foro prope curiam decapitati, trunci ibidem ſepulti, capita e curia ferreis clauis affixa, ſepulchra muro ſepta: in medio pyramis exſurgit, in qua uindictae huius ſtatua cum Clypeo, & uexillo rotam in armis referens omnem poſteritatem terret. Murus (*c*) ille in nupero tumultu ſolo aequatus, cum prius atroci Quatuoruiri caede *Rudolfi* exemplum rebelles eſſent imitati. Pyramis cum ſtatua recentior † uidetur, & ſecutis annis adſcribenda. Rudolfus tabulam erexerat, † pag. 69
in qua nocentum crimina legebantur. Claui autem hodiedum uiſuntur, gladius etiam, quo rebellium reſectae ceruices, in curia oſtenditur. His peractis Caeſar urbem *Gerhardo* conciliat; hic legatos mittit cum ampliſſima poteſtate: obedientiae leges in ſcriptis concipiuntur, quas hodiedum ſub nomine *Concordatorum Gerhardi* habemus. Ciuitas multam octingentarum marcarum argenti pependit. Elector conciliatam ſibi urbem accedit, cum magna feſtiuitate & occurſu publico in uigilia *S. Thomae* recipitur, ad pacem, & obedientiam ſuperioribus praeſtandam ciues hortatur, acceptisque de hoc promiſſis denuo cum ſuis Rhenum repetit.

Tumultus Erfordiae.

Quibus compeſcendis Moguntinus Caeſarem inuocat.

Rudolfus I *Erfurtum uenit.*

De turbarum auctoribus ſupplicia ſumit.

Concordata Gerhard.

(*a*) Serarius *in* Wernhero. * *An. MCCLXXXIX.*
(*b*) Mſ. Chronica Petrenſia. (*c*) *Vide infra ad annum MDCLXIII.*

Rudolfus *ſecundo Erfordiam accedit.*

* Captus amoenitate loci *Rudolfus*, (*a*) accedentibus etiam uiciniae neceſſitatibus anno ſequenti redit. Prona ad pompam ciuitas ingenti apparatu Caeſarem excipit. Ipſe in monaſterio *S. Petri*, aulici a ciuibus hoſpitati. Varii tum Principes *Rudolfum* conueniunt, quos inter *Albertus* Landgrauius, qui largam narrationis ſeriem infra dabit. Sedecim equites Caeſar creat, (*b*) praeterea filiam ſuam Reginam Bohemiae, & ſororem Saxoniae Ducem, quae uiſitandi Caeſaris gratia uenerant, magno apparatu excipit, ac conſanguineam † Duci Cliuenſi de- † pag. 70
ſponſat. Epulum nuptiale in Petrenſi coenaculo maiore, quod magnum illud eſt ad ambitum, celebratur. *Rudolfus* Salisburgenſium Archiepiſcopus, qui Caeſari aderat, nuptam benedixit. Idem, ſolennitatibus peractis, monaſterium ſacris conciliauit, ſi forte per taedas iugales, & utriusque ſexus multitudinem profanatum fuiſſet. Interim ab iſta lue praedonum, quae tempore diuturni interregni Germaniam infecerat, nondum plene purgata erat Thuringia, ſed ex arcibus firmioribus circumiacentes agri paſſim infeſtabantur. Iuncti ergo Caeſareanis Erfurtenſes (*c*) hinc inde ſexaginta praedonum receptacula deſtruunt, ipſis praedonibus quotquot ceperant, decapitatis. In unica arce *Ilmenaw* uiginti nouem deprehenſi, ductique Erfordiam, ubi gladii poena affecti. Priusquam diſcederet *Rudolfus*, iterum ad concordiam ciues hortatus eſt, & ne

Suae conſanguineae in monaſterio S. Petri *nuptias inſtruit.*

Erfurtenſes Caeſareanis iunctis praedones eliminant.

Edit. I & ne per seditionem aut tumultum quid periculi accideret, praecipuas plateas catenis claudi suasit; utili ad diuidendas turbas consilio. *Plateae catenis firmantur.*

* *Anno MCCXC.* (*a*) Mſ. Erfurt. Chron.
(*b*) Mſ. Chronica Petrensia. (*c*) Mſ. Chronica Erfurtensia.

XXVI * Sic ergo conciliata Moguntiae Erfordia, pristina fide pro communi fortuna laboratum: cumque Moguntiae aerarium uariis difficultatibus exhaustum esset, *Gerhardus* ius monetae (*a*) urbi ad an- † pag. 71 nos undecim pro mille marcis argenti elocauit. † Praeturas urbicam & suburbanam Iudaeis oppignorauit. Extincto Caesare mox *Adolfus* pene solo *Gerhardi* Electoris uoto, uel autoritate Caesar eligitur. * Atrox hic bellum Thuringiae intulit. *Albertus* Landgrauius (*b*) naturalem filium habuit *Apez* dictum, hunc inordinato amore prosecutus, libentius quam *Fridericum*, legitimum filium, prouinciarum heredem uidisset; nec animo defecit *Apezius*, dummodo iura fauissent, quae ut suppleret, mira tentauit *Albertus*, & cum difficultates opinione maiores occurrerent, ipsam Thuringiam *Adolfo* Caesari uendere, quam relinquere *Friderico* maluit, hinc octennalis calamitas, & bellum. Extra litis aleam Erfordia spectauit malum: nec uim inde sensit, aut incommoda, nisi quae uicina bella etiam amicis adferunt. Caesar Isenaci residens in gratiam *Gerhardi* Erfordiae priuilegia confirmauit. Cautius haec cum Caesare egit, postquam expectationi contrarius profana & sacra lacessiit, ut ipsi etiam Moguntino exosus redderetur. * MCCXCI. Gerhardus *ius monetandi urbi oppignerat.* *MCCXCII. Adolfus *Caesar in Thuringia bellegerat & cur?* Albertus *Landgrauiatum uendit.*

(*a*) *Extant desuper* Documenta. * *Anno MCCXCII.*
(*b*) Chronica Thuringiae.

XXVII Senatus (*a*) sibi collectandi ius arrogat, a focis singulis pecuniam exigens, deprecabantur multi, sed necessitatem publicam ille praetendens imperata uiolenter executus est. *Gerhardus* Elector ausum † pag. 72 inhibet †, cumque in ciuilibus Imperii motibus † arma deficerent, & uires ad coercendos reluctantes, suo Clero, ne ad sacra exactores admitteret, praecipit. Petrensis & Scotorum Abbates atque Canonici ad *S. Seuerum* Archiepiscopi iura obseruant, ast Mariani Senatui adhaerent, simulque ad Curiam Romanam prouocant. Indigne tulit hoc Elector, & ultra quinquennium ipsius gratia ciuitas caruit, * usque dum *Albertus* Caesar foederatos suos Fuldam inuitaret, ibique compareret *Gerlacus*: interueniente Caesare ciuitatem in gratiam recepit, ut tamen Clerus Marianus trecentas argenti marcas, ciues mille quingentas mulctae nomine persoluerent. Sicque hoc saeculum ad finem, non tamen sine cladibus ignis decurrit, (*b* quippe anno nonagesimo in festo Pentecostes fulgure templum *omnium Sanctorum* incensum, & exustum est: in autumno centum aedes ad portam *S. Ioannis* deustae. Biennio ab hinc mercatorum pons cum templo *S. Aegidii* in cineres actus. Anno nonagesimo sexto in foro raparum ignis exortus uniuersam plateam membranariorum prostrauit. Post biennium a monte ad Clypeatores usque flamma saeuiit. Frequens hoc urbi malum est, ligneis parietibus, & tectis uberem materiam praebentibus. *Senatus collectare ciues praesumit.* Gerhardus *Elector inhibet.* *MCCXCIX *Auctoritate Caesaris Fuldae res compositae.* *Incendia.*

(*a*) MS. Chronica Petrensia.

† *Anonymus* ille l. d. cap. X § XI p. 101; *Senatus ius ciues collectandi exercuit*; *quod* Gudenus *Electorem* Gerhardum *inhibuisse scribit*; *sed erronee. Tantummodo enim obtestando monuit, a Clero nil exigendum esse.*

(*b*) Ms. Chronica Erfurtensia.

XXVIII * Sub *Adolfi* Imperio licentia praedandi recruduit. Ar- † pag. 73 cem *Hopfgarten* praedones † insederant, urbi molesti: (*a*) Haec armatis ciuibus illam obsidet, ac post aliquot septimanarum oppugnationem conscendit, arx ipsa solo aequata, praedones triginta nouem capti, poenam ordinariam subierunt. Eos inter plerique nobiles, hinc urbs multorum in se odia prouocauerat, qui ciuibus hinc inde insidiantes, uel sanguine uel amicitia coniunctos ulciscebantur. * Cumque a *Comite* de *Kirchberg* potissimum infestarentur, (*b*) denuo arma corripiunt. Ille iunioris Landgrauii fauore nixus, multis etiam nobilibus in partes suas tra- *Erfurtenses arcem* Hopfgarten *expugnant.* *Bellum in* Comitem *de* Kirchberg *decernunt.*

De foederatis sibi prospiciunt.

ctis, bellum difficilius effecit. Erfordia ope matris (c) uiduae destituta Edit. I
Mülhusinos & Northusanos in societatem armorum & foedus inuitauit: (d) *eo nunc res deueniſſe, ut Comites, & nobiles in perniciem ciuitatum iuraſſe uideantur; loqui id continuas praedas, quibus urbes infeſtarent, nec ſpolium amplius uideri, quod ciui adimeretur. Agerent, & pro neceſſitate communi arma conferrent; ui domandos, qui legibus non poſſent.* Prompta ad haec Mülhusia dimidietatem ciuium obtulit. Descendunt etiam in foedus Northusani, atque concluſum, non

Tres Comitis arces obſidentur.

desistendum ab armis, priusquam hostium arces *Winterberg*, *Kirchberg*, & *Greiffenberg* † expugnatae essent. Vix aduenerant confoederatorum † pag. 74
auxilia, deducitur ex urbe exercitus, & simul omnes obsidentur: magna fortitudine Mülhusini pugnarunt; sed illi de Northusia tunc quidem ad nihil erant animosi, (e) propterea cum in ceterorum iocis essent, post paucos dies domum reuertebantur. Nihilo segnius continuata obsidio, commeatus ex urbe magna in copia aductus, ac licet frequenter hinc inde armati remearent, attamen ea tam exacta disciplina uiarum securitas inuiolata mansit, ut nemo uel obulo fuerit spoliatus. Primum expugnatur *Kirch-*

Iunior Landgrauius defensionem Comitis suscipit.

berg, quod cum iunior Landgrauius *Fridericus* audiret, offensus multis minis Erfurtenses petiit; cum autem praeter illas, ob inimicitias cum patre *Alberto*, modicum posset, ab iis contemptui habebatur. Ille assumptis militibus castra obsidentium penetrat, & obsessis in *Winterberg* succurrit: magnis tripudiis a praesidio receptus, utque ostenderet, quos oppugnarent Erfurtenses, cataphractam suam ex turri arcis exposuit, animos ciuium remis-

Nihilominus arces captae.

suros in uanum sperans, si scirent Landgrauium peti: Triumphatum interim de *Greiffenberg*, atque ipse tandem Landgrauius in eam necessitatem adactus, ut liberum sibi discessum pacisceretur, arcem, & reliquos oppugnantibus dederet. Deuictae arces *Winterberg* † & *Kirchberg* solo aequatae, † pag. 75
Greiffenberg sufficiente praesidio firmatum, idque nonnisi anno huius saeculi decimo quarto (f) humilianti se per legatos Comiti restitutum est.

* *Anno* MCCC. (a) Mſ. Chronic. Erfurt.
* *Anno* MCCCIV. (b) Riuander *in* Chron. Thuringiae *b. a.*
(c) *Vide* Serarium *in* Petro *Archiep.* (d) MS. Chron. Erfurt.
(e) MS. Chron. Erfurt. *hoc anno.* (f) MS. Chronicon Petrense.

Petrus Erford. ingreditur, & homagium excipit.

XXIX Interim *Petrus* Elector Moguntinam Sedem conscendit, atque digno Electore comitatu Erfordiam adit, (a) ubi splendide ab omni ciuitate exceptus subiectionis sponsionem acceptat.

(a) MS. Chronica Petrensia.

Discordia inter patrem & filium. Erfordia patri adsistit.

XXX Perpetua fuit inter *Fridericum* & urbem aemulatio, & quoniam illi cum *Alberto* patre lis erat, huius partes Erfordia tenuit. *(a) Iuniori Landgrauio *Rinkleben*, *Hansleben*, & *Sommerdam*, tunc Swarceburgensium Comitum, extorsit. Ipse Caesar *Albertus* Imperio uindicans, quae antecessor *Adolfus* emerat, *Friderici* aduersarius, & hostis; (b) sed cum hic caede praeueniretur, patrem filius potissima prouinciae parte exuit.

Albertus Erfordiae degit, & de alimentis cum senatu paciscitur.

Ille igitur Erfordiam fugit, (c) ubi cum ciuitate de alimentis sibi, & duodecim ministris ad uitam praebendis paciscitur, cumque pecunia deficeret, pagos circa urbem, cuius beneficio hactenus defenderat, partim uendit, partim in solutum cedit: illi sunt, qui *Gotham* uersus in † montanis iacent. Auxit hoc *Friderici* iram, nec rata uoluit parentis facta. Vigesimo nono Septembris (d) maior campana fundebatur, quae post duo saecula flammis periit, hodie in paris elegantiae *Mariam glorioſam* transfusa, fama per Europam celebris. † pag. 76

Maior campana Erfurtensis fusa.

* *Anno* MCCCVIII. (a) Mſ. Chron. Erfurt.
(b) Chron. Thuring. *b. a.* (c) MS. Chron. Erfurt. *&* Chron. Thuring.
(d) MS. Chron. Erfurt. *Vide infra ad annum* 1497.

Iunior Landg. ab urbe, accepta a patre repetit. Hinc bellum.

* *Fridericus* per legatum alienata a parente repetit, sed renuit Erfordia; ille arcibus circum circa milite repletis uias intercludit & commeatum. Ciues magnis animis erumpunt, arcem *Andisleben* in paluſtri planitie sitam obsident, qua expugnata, trucidatoque praesidio, arcem Vdestatensem aggrediuntur, nec illa ciuium armis resistit, sed expugnata diruitur. Land-

grauius

Edit. I grauius armis se imparem uidens ad astum recurrit. (a) Frustra sanguinem humanum fundi, ubi iura supersunt; nominandos utrinque uiros integros, qui legibus controuersiam dirimant; locum iudicii *Mittelhusium* offert. Adest dicto die *Fridericus* cum suis; urbici maximo numero ueniunt, quibuscum Clerus quasi ad deuotionem procedebat, ut duplici munimento ense & stola aduersus insidias, si quae laterent, tutarentur. Quo uiso Landgrauius fugit, incertum metu, uel quod insidiarum spes elapsa esset. Numerum illum & pompam iniuriam interpretatus, ac fraudem: quorsum † pag. 77 † enim tanta uirorum copia duceretur ad iudicium, nisi ut hoc euerso aduersarium ui opprimerent? nullam se fraudem meditatos professi Erfurtenses, utque innocentiam suam probarent, aliam diaetam indicunt, cum promisso, pauciores in ea comparituros.

Landgrauii stratagema.

Eluditur.

* *Anno* MCCCIX. (a) *Dictum* Chron. Erfurt.

Vates erant propriae cladis. Procedunt ex urbe cum medioori manu, *Fridericus* ex insidiis hinc inde milites absconderat, qui dato signo erumpunt, & ad moenia usque urbicos repellunt. Pauci euaserant, reliqui non ense, sed fustibus interfecti. Iura gentium uiolata ciuitas queritur, Mulhusinis, & ciuibus de Northusen iniquitatem rei nuntiat, inuitatque ad uindictam, stipendia etiam promittit ex diuite aerario. Fuit tunc Landgrauio multum infensus *Hermannus* Comes Vinariensis & de Orlemünda; illum exercitui suo Ducem Erfordia praeficit, conducit milites in Franconia, Eichsfeldia, Hassia, & Buchonia. Ingens exercitus in *Friderici* prouincias effunditur, & quoniam atrocis iniuriae uindices mittebantur, ingentes clades inferebant: non ab imbelli aetate, & sexu, non a sacris abstinebatur. Difficulter crimen deponitur, cui lucrum subest; ciues sacrilegiis assueti, facinus in urbem portant, (a) & qui patrios lares uiolare non ausi, Sacerdotes, ac utriusque ecclesiae Canonicos infestant. Nec praetextus defuit: † pag. 78 † tot millibus hactenus, & sanguine ciuium urbis incolumitatem stetisse, simul pro clericis pugnari, aequum proinde, ut onera cum reliquis ex aequo subeant. Illi priuilegia sua praetendunt, nec esse quod exigant ab iis, qui toti propitiando Numini pro populo incumbunt. Parum armatos sedauit, spoliis, quam orationi magis assuetos. Aedes Canonicorum confractae spoliantur, & quod in hostilibus terris nefas, hic intra moenia perpetratur. Grauiter hoc facinus Electorem *Petrum* offendit, qui hactenus urbem in gratia Caesaris conseruarat, ut eo dissimulante sic armis insolescere per Thuringiam potuerit. Subtraxit consilia pariter & opem Elector, damni reparationem & iniuriarum poenas pro Clero poscens. Cum igitur facinoribus arma foedassent, aliquoties caesi sunt Erfurtenses, ut campis etiam cedere, & ad moenia fugere cogerentur. Landgrauius amplectens fortunam, fugientes insequitur, ipsamque urbem obsidet. (b) Statim primo aduentu canales, qui aquam ad montem *D. Petri* & salientem leoninum fontem deducunt, deuastat. Castra in monte *S. Cyriaci* figit, ac ne ab eruptionibus periculum immineret, Hochemii munimentum ex arboribus contextum erigit. Sed latior urbs erat, quam ut exercitu *Friderici* cingeretur. Cum ergo tantum † pag. 79 ab uno latere † hostis esset, frequentior ibi defensio insultantes facile repulit. Landgrauius cum nullo successu pugnaret, deuastatis prius omnibus in Brületo (nec enim tunc uallum ad montis paene radicem, ut hodie, decurrit, sed eo muro, qui suburbia distinguit, urbs defendebatur) obsidionem post quindecim dies soluit.

Erfurtenses ex insidiis caeduntur.

Erfurtenses uindictam intendunt.

Vices rependuntur.

Ciues clerum spoliant.

Hinc offensam Electoris incurrunt.

Et ab hostibus caeduntur.

Vrbs frustra obsidetur.

(a) MS. Chron. Erfurt. (b) MS. Chron. Erfurt.

Edit. I

† pag. 80

HISTORIAE ERFVRTENSIS

LIBER II.

Motus ciuiles & eorum causae.

VIx hostis urbem reliquerat, & interni motus oriuntur. Hactenus penes Patricios curia fuerat: diximus enim, *Wilhelmum*, cum primo Thuringiam a Caesare accepisset, nobiles introduxisse, aliis in urbibus, aliis in pagis ad defensionem terrae locatis; illis insuper iura magistratus praesertim a *Gerhardo* concessa, quae hic Erfordiae in haec usque tempora conseruarant. Sed cum insolentius imperarent, priuatis carceribus saeuirent, & ciuis quidam ab ocreato nobili calcaribus concitaretur, alius transfoderetur cultro, plebs per haec bella

Patriciorum Erfurtensium insolentia.

Plebis contra eos querelae.

assueta armis in Patricios coniurat: (*a*) Non se pro conciuibus, sed pro seruis haberi conquesta: prouentus urbis non Reip. saluti, sed nobilium luxuriae destinari: Domi & in curia omnia ex libidine agi, nec plebem de reip. negotiis quicquam rescire, nisi cum uel dare pecunias, uel se hosti obiicere debeat. Aequum esse ciuilis societatis onera communibus honoribus rependi. Deligendos † igitur de plebe, qui Patricios in curia † pag. 81

* MCCCX. obseruent, & cum iis remp. moderentur. *Appropinquauit interim ille dies, quo Senatus de nouo eligitur. Conuenerant iam ii, quibus electionis ius competebat. Plebs nunc agendam rem suam rata, curiam obsedit, nec publicari Senatum nouum, nec euacuare curiam uoluit, nisi quidam ex plebe in consilium adoptarentur. Viliores minas addebant; frustra Patricii deliberandi tempus petunt. Missis hinc inde legatis, demum in hoc conuentum est: Eligeret plebs tribunos quatuor, qui ad ianuam aulae senatoriae sederent, acta senatus obseruarent, intercedendi potestate, non definiendi uterentur. Remisit de impetu plebs, & nominatis de numero suo Quatuoruiris Senatus proclamatus est. Statim plebs tribunis suis literas ad Senatum, in quibus desideria sua exposuerat, tradit: Ciuitati pacem procuraret, uel aequalia indiceret belli onera. Manubiae uenderentur in foro, pretium fisco cederet; super necessitatibus urbis Senatus, non pauci deliberarent; Quatuoruiros a ciuibus ad senatum missos prompte audiret. Literas hasce Senatus, postea etiam *Petrus* Elector confirmauit, (*b*) tam sanctas posteris, ut singulis Quatuoruiris sub initium electionis traderentur in pixide, hique quasi sanctum ciuitatis integro † anno custodirent. Hinc solenne *quatuor literarum* † pag. 82 nomen. Hoc est illud initium Quatuoruirorum, quorum potestas ad exemplum tribunitiae Romanae paulatim creuit, ut quoad praecedentiam consulatui quidem cederet, uerum quoad imperium omnibus praeualuerit.

Plebs curiam obsidet.

Eliguntur tribuni plebis.

Postulata plebis per tribunos.

Quatuor literarum initium.

(*a*) *Fuse* mscr. Erfordiae Chronica.

(*b*) *Extant in originali. Easdem Erfurtenses typis, ast suppressa Electoris confirmatione, diuulgarunt.*

Patricii abolere tribunos conantur, mittunt legatos Moguntiam. Idem plebs facit.

II Aegerrime tulerunt hoc Patricii, nec quicquam intermiserunt, quo plebeius hic Magistratus aboleretur. Missi octo Senatores Moguntiam, qui Patriciorum causam apud Electorem agerent. Non potuit haec legatio plebem latere, quae suorum aliquos illico submisit, ut celerrimis itineribus priores adaequarent, ne prius occuparetur animus Aulae, sicque persuasa opinio eradicanda, & implantanda alia duplicato labore ueniret. Circa idem tempus Moguntiae adsunt partium legati. Non latuit Electorem, quid hactenus Erfurti actum; ideo facile, quae aduentantium essent studia, collegit; placuit simul admittere, quo melius utriusque factionis iustitiam intelligeret. Patriciorum orator primus uerbosa oratione Electorem alloquebatur, non quasi suam, sed Moguntiae causam ageret: *Venire se ad ea officia praestanda, quae ante plura saecula*

Oratio Legati Patriciorum ad Electorem.

Edit. I *saecula Moguntina Sedes maioribus imposuerit. Cumque ministri reip. munus in auertendis periculis potissimum uersetur, & si maiora sint ea, quam ut propriis uiribus declinare possit, Domino suo necessitatem referat, se fidelitatis auitae memores praesentissima mala,*
† pag. 83 *& interitum, quem † rebellis uulgi seditio Erfordiae minetur, ad Electorem deferre, nec se Archi Episcopo molestos esse uoluisse, nisi impares essent ferociae plebis. Non dubitare quidem iniquitatem rei iam tum Electori delatam, sed cum famae & referentium fides negotii ueritatem saepe corrumpant, insuper praesens malum praesentia remedia expectet, a Senatu & Patriciis se huc missos, ut facti seriem Domino exponant. Nec rem altius repetendam, cum notum sit, maiores suos a* Wilhelmo *Archiepiscopo, quasi coloniam Erfurtum deductos, ut urbi consilio pariter, & armis praeessent; quod omnibus uiribus hactenus praestiterint, nec unquam nisi sub* Conrado I *ac sub* Sigefrido *ui maiori ab omnibus desertos, cessisse: Notiora esse pericula, & fortunarum iacturas, quam ut narrari debeant; necdum abstersum sudorem nuperorum bellorum, ex quibus haec miseria dimanet. Vicinos urbi libertatem, Moguntiae urbem inuidere, nihil hactenus non egisse, quo filiam ab obedientia S. Matris abstraherent, ac seruituti suae manciparent. Inde in singulos annos bella, in quibus cum plebem suam, & de uulgo ciues armare debuerint, armis assuetos, numerum, & uires, quibus patribus praeualeant, didicisse. Hinc insolentiam, ut contra praescriptum S. Sedis etiam in Senatum legi uelint, atque nuper cum senatus more maiorum eligeretur, obsederint curiam, grauibus minis Quatuoruiros ex plebe molestissimos censores senatui obtruserint. Hos esse, qui numerosae plebis fauore potentiam omnem occupaturi, & Moguntiae superioritatem inuersuri sint. Non se motibus hisce, sed in Patriciorum attritis rebus Moguntiam peti, neque praedici haec mala, sed praesentia esse. An enim fidelitatem expectet Elector a mobili*
† pag. 84 *plebe, & cui licere uidentur, † quae potest? an custodem legum futuram, & reip. quae contra leges remp. inuadat? suspectam rem haberi, per tumultum flagitare, quae per iudicem debeant. Lusisse nuper prodromum huius tragoediae, dum Clerum spoliauit, quam nunc ulterius continuet atroci exitu finiendam, nisi maturioribus remediis abrumpatur. Vnum igitur esse, quod non tam petant, quam ob commoda Sedis praestari debeat: Abrogandos esse tribunos plebis uiolenter creatos; quod si negetur, Moguntiae salutem negari. Promptos ad obsequia Patricios, quibus in hac iusta causa abunde animi, dum sat opis consequantur. Ageret Elector, atque maiorum uestigiis insisteret: fuisse hactenus matri & filiae sanctissimam pietatem, & perpetua inuicem auxilia, fas non esse tantae gloriae exempla in maximi nominis Archiepiscopo deficere, nec difficile fore remedium; ipsam plebem suas in factiones diuisam adhuc sine capite errare, se cum numero armatorum destituantur, pecuniis affuturos, utque Elector, sub quo sarta, tectaque libertas hactenus perstitisset, animi promptitudinem uideret, munus se, quingentarum marcarum argenti, afferre, uerum non munus, sed debitum, neque hoc, sed debiti arrham tantum, & confessionem. Confidere igitur se, cum absque iis, quae dicta sint, etiam libertas nobilium, plebeium in Senatu non patiatur, & Electoris aequitas ac fides aduersus illorum libertatem nihil toleret, uno eodemque beneficio coloniam & Archiepiscopatum suum Electorem adiuturum.* Impatienter haec plebis ora- *Oratio Legati plebis.*
tor auscultauit, donec & ipsi loquendi tempus indulgeretur: *Venimus*, ait, *tanto animo instructi, quanto depressi superbissimo dominatu Patriciorum, qui ex amplissimis quondam rebus nihil praeter earum*
† pag. 85 *memoriam † nobis reliquerunt. Ceterum, Elector & Domine, eam de clementia tua fiduciam suscepimus, te preces nostras, & uota auditurum; cognitis autem malis, nos iam illis exemptos arbitrabimur.*

Illud

Illud sine iusta commotione refutare non possumus, quod sua commoda sub specie publicae utilitatis commendent, cum tamen publicae calamitatis auctores satis ostendant publica mala. Ecce filiam Erfordiam matri sistimus, quae multa hactenus passa, quod matris uigilantiam Patriciorum libido interuertit; nec enim hi matris imperium exercent, sed prostituunt, dum ad sua, non ad publica bona abutuntur; Argentum illi, nos filiam offerimus, Patriciorum iniuriis pauperem, a qua pia mater nihil praeter obsequium expectet. Verum & illi non sua, sed sudorem nostrum offerunt, uiolentiis & peculatu nobis expressum. Rebellionis accusamur & uiolenti ambitus, uis etiam maioris in illos, quos in praesidium a maioribus accepimus? ast nos tyrannidem, non obsequium detestamur. Illi dum patriis legibus sua crudelitatis ingenia, atque libidinem cohibuerunt, obedientes fuimus ad iusta imperia: testantur id sanguinolenta bella, quibus fortunas nostras, & aliquot millia ciuium impendimus. Sed postquam raptores potius, quam tutores urbis egerunt, quis inuidebit, si pessimae administrationis non suspectis tantum, sed conuictis, ex iis censores adiungamus, in quorum fortunas debacchantur. At non imperu, sed auctoritate iudicis remedium fuisse quaerendum, aiunt? si quid in modo erratum, non in Patricios, sed in clementiam tuam peccauimus, Elector, hoc sanguine nostro, pro incolumitate tua expiaturi; erroris huius defensionem in sola confessione ponimus. Faciendum aliquid fuit ex tempore, ubi in mora periculum. Indulgebitur insuper † iustae indignationi, quam ex immani Patriciorum saeuitia concepimus, a quibus non ut ciues, sed ut serui tractamur, imo crudelius in nos saeuitur, pari in iumenta atrocitate: nam quae calcaria pro excitandis in hostes equis a maioribus acceperunt, illi domi nobiles ciuibus admouent. Quis Deum immortalem his in iniuriis moderamen expectet! tuos se milites iactant, tuumque magistratum, sed augent querelarum nostrarum momentum: is enim tuus miles, quem in hostem destinauerant maiores, dudum neglecta militiae disciplina, nostrum in sanguinem uiolentas manus conuertit. An tuus ille magistratus est, qui non sequitur potestatis a te datae leges? crede, Elector, adultior iam colonia suis commodis studet, ac cum fortitudine primam fidem dudum deposuit. Fraudes sunt, quod suo imperio S. Sedis superioritatem annectunt, illi, qui nullam occasionem excutiendae matris praetermittunt. Experta hoc uidua nuper, & schismatibus afflicta Moguntia; tunc enim omnia pro libidine a senatu acta, indicta bella, pactae paces, inita foedera, & reliqua maiestatis iura inconsulta Sede exercita. Illud autem calumnia est, quod spolia Clericorum plebi imputent: interfuerunt aliqui de plebe, sequiores, & illi non obscuro licentiae signo ad facinus instigati; sat erat uirium Senatui, quibus hos motus praeueniret, nisi inuidiam, qua Moguntiam odit, in Clerum maluisset effundere. Contra Moguntiam Patricii multum possunt, dum nunquam in communi aduersus eam odio foederibus, & sociis destituentur. Refrenanda ergo haec licentia; ast pro pientissima matre Patriciis domi infirmis nulla nisi in plebe arma supersunt. Haec ad hodiernum diem matri filiam stiterunt, Patriciis non nisi inanem uerborum pompam addentibus. Cum † ergo praeteritorum, & tuorum temporum, non tua, Elector, nec Sedis mala, aliter, quam in scaturigine suffocari non possint, Patriciorum insolentia refrenanda ueniet. Habebis autem, o sancta Mater, tot felicitatis tuae defensores, quot sunt Erfordiae, socordes Patricios excipias, armatae dexterae. Elector *Petrus* rerum, & anteactorum gnarus, non leuandam statim urbem censuit, quae culpa sua ceciderat. Reuerterentur, ait, ad suos deputati, se Consiliarios, qui & in rei ueritatem inquirerent, & aptarent media, submissurum. Interim ut inuidia plebis euitaretur, & amplior decidendi libertas superesset, seruare donum Patricii iubebantur.

Edit. I

† pag. 86

† pag. 87

Responsum Electoris.

Dona a Patriciis oblata recusat.

III Archi-

Edit. I

III Archi Episcopus momenta dissensionis Consilio suo tradit: apprehenditur statim arduam rem esse, quam in commoda Sedis, & urbis uertere possit, ac debeat Moguntia: Eo hactenus Patricios ciuitatis uiribus abusos, ut non nisi precarium Moguntiae obsequium praestiterint, quasi non ministeriali, sed proprio iure ciuitati praeessent. Oligarchicis ergo molitionibus potentiam plebis obiiciendam; solis quidem Patriciis a maioribus urbis custodiam esse creditam, sed utilitate hoc exigente, quae cum diuersum hodie suadeat, aliis legibus opus esse. Patriciis, & plebi dissimulari posse; cumque uires & arma plebi adsint, huius fauorem ambiendum. Neutrius partis fidem Moguntiae satis probari; uinculari tamen ambas, † dum altera in alterius timore continetur. Cum hisce mandatis legati mittuntur Erfordiam, simul ut iuramentum a Senatu domesticas ob miserias hactenus intermissum, exigant; quo cum omni submissione praestito, Consiliarii discordias aggrediuntur, cumque in Patriciis ingentem insolentiam, in plebe ferociam reperissent, utrique indulgent. Quies autem publica seueriſſimis mandatis indicta. Simul ad tutandam urbem contra Landgrauium, & stabiliendam securitatem hortationes additae. Mansit igitur tribunitia potestas, & indies plebis libertatem, accedentibus Quatuoruiralibus literis, * earumque Electorali confirmatione adauxit. Etenim post undecim annos scilicet huius saeculi uigesimo secundo, Senatus hos Quatuoruiros suum in numerum debuit recipere, tantumque fauore plebis effecerunt, ut demum in electionibus magistratuum, nulla Patriciatus ratio amplius habita. Iidem legati religiosos, quos *Seruitas* dicimus, introduxerunt, (a) iisque monasterium ad portam Krempferianam assignarunt, monialibus, quae prius illud tenuerant, in Brületum translatis, ubi hodie sub auspiciis *D. Martini* psallitant.

† pag. 88

Super rei momento deliberat.

Legatos Erfordiam mittit, eorumque expeditio.

Confirmatur tribunitia potestas.

Seruitae Erfurti recipiuntur, & Moniales ad S. Mart. transferuntur.

* *Anno* MCCCXI. (a) MS. Chronica biblioth. Caesar. Vindobon.

IV * Restituta quieti suae urbs denuo bellum meditatur, seque ad defensionem contra † *Fridericum* armat; ille (a) ualidum exercitum contra Erfordiam educit, undique uias, ipsas adeo ciuitatis portas obsidet, ut ne ad colendos quidem agros exitus liber foret. Tulit haec ciuitas constanter. Longiorem moram abrumpere uolens hostis, ipsam ciuitatem omni exercitu impugnat, castra inter Hocheim & urbem figit. Sed praeter incendia, quibus patula adhuc suburbia deuastauit, & uinearum damna, dum uites radicitus euulsit, parum effecit. Creuit interim annonae caritas in urbe, agris incultis iacentibus. Remedium ergo quaerendum uidebatur, quo se a molestissimo *Friderico* tuerentur. Iterum Mülhusia, & Northusani ad foedus inuitantur: Arma iungunt Fuldensis & Hirsfeldensis Abbates, quorum praedia per Thuringiam Landgrauius infestauerat. Vrbs etiam necessitates suas Moguntiam ad Electorem defert; is Caesarem *Henricum* implorat. Caesar Burggrauium Norimbergensem cum armata manu Erfurtensibus submittit. Insuper Landgrauius Hassiae, inquietum *Friderici* genium, & crescentem eius potentiam, praesertim si Erfordiam adiiceret, timens, fratrem suum cum equitibus ablegat. Iuncta haec arma urbi uias aperiunt.

† pag. 89

Bellum cum Frid. *Landgr. redintegratur.*

Ciuitas obsidetur incassum;

Foederatos ac Moguntinum implorat.

Caesar auxilia mittit; Hassiae Landgrau. etiam succurrit.

* *Anno* MCCCXI.

(a) Riuander & alii *in* Chron. Thuring. *hoc anno*, & MS. Erfurtensia.

* Interim Landgrauius alio bello a *Woldemaro* Brandeburgico in Lusatia distrahitur, † atque commissa infelici pugna capitur. Erfurtenses intercepto *Rinkleben*, cui expugnando mensem insumpserant, & *Sommerda*, copias auxiliares dimiserunt. Durauit cum Landgrauii captiuitate quies, sed hoc per astum a proceribus Thuringiae liberato, denuo bella. ** Vindicare clades Landgrauius uoluit captiuo illatas. (a) Primam iram in Abbates effudit, quos, ademptis eorum uillis & pagis in Thuringia, ad pacem emendam coegit. Mox inopinantem *Mulhusiam*, & *Northusiam* paene oppressit, atque pacis leges, ut damna pecuniis resarcirent, foederi Erfurtino renuntiarent, obtrusit. Iisdem condi-

† pag. 90

Landgrauius denuo bellum molitur.

Erfordiam foederatis nudat.

conditionibus Comes Vinariensis subiectus. Iam omne bellum destitutae sociis Erfordiae imminebat. Edit. I

* *Anno* MCCCXII. ** *Anno* MCCCXIII.

(*a*) *Dicta* Chronica.

Deliberatum de pace; ubi Senatus & plebis diuersae opiniones.

Deliberatum ergo de pace; urbis Senatus continuandum esse bellum suadet, uiuere eundem Electorem, cuius intercessione ab Imperio nuper auxilia acceperint, superesse pristinam fortitudinem, animos & uires Erfordiae, elatum uictoriolis *Friderici* animum, ut ab eo pax nisi turpis sperari nequeat, qua uictricem urbem suam, & hanc aetatem foedare non debeant. Nec curandum, quod deuicti socii foedus abiurarint; uerba dixisse, mente iurasse nihil iniquissimo hosti, spem summam in Erfordia repositam habere, quae ut primum Friderici uictorias sistet, omnes † in communem hostem arma iuncturos. Plebi belli incommoda pertaesae pax arridebat: Caesarem in Italia dysenteria consumptum, & sine capite esse Imperium, animos Electorum diuisos, (*a*) omnia discrimen spectare, ut parum a Moguntia praesidii supersit. Aedificia publica penitus collapsa, aerario uix bello sufficiente, agros esse incultos, & iacere commercia, adeo ut (*b*) uiae, gramine uirentes, a reliquo campo uix discernantur. Pacem ergo, si pecunia possit, emendam esse. Illud insuper plebem angebat, bello se potissimum atteri, proinde a Patriciis trahi, ut quod per legatos Moguntiae non potuerint, plebis facultatibus consumptis, ui efficerent. Nuntiatum ergo Senatui per tribunos plebis, pacem incundam esse, dum pecunia posset. Missi ad Landgrauium, qui negotium promouerent. * *Pacem se adferre*, aiunt, *& bellum; utrum ex his* Fridericus *eligeret, nec crediturum urbem, eum pacem praeoptare, quamdiu paternae uoluntati contrarius uenditos Erfordiae pagos uindicaret. Non se nisi prius aris & focis, gleba terrae cessuros, quam pientissimo titulo consecuti, dum officium filii supplentes seni* Alberto *alimenta praebuerint. Ast si pecunia mitigari animus possit, pro facultatibus se oblaturos. Fridericus* uires Erfordiae saepe expertus oblatam conditionem acceptat, numerataque pecunia uenditionem pagorum a †patre factam ratihabet, honores, & donationes maiorum confirmat, mutuis beneuolentiis confirmata pacta. † pag. 91 † pag. 92

Legati ad pacem ineundam missi ad Landgr.

Pax initur.

(*a*) *De qua diuisione* Burgundus *in* Ludouico IV *lib.* I.

(*b*) Mscr. Chron. Erfurt.

Landgrauius Comitatum minorem ad Geram urbi uendit.

* *Fridericus* (*a*) urbi *Mittelhusiam*, & *Riethnorthusiam*, sub titulo Comitatus minoris ad Geram, trecentis marcis argenti, reseruato redimendi iure, uendit. Auctum postea pretium uidetur, cum octingentis marcis redemptio facta sit. Necdum cum bello finita calamitas: quippe creuerat hactenus annona, ac licet ruricolae arua denuo colerent, attamen inter lolia, quae pluribus annis agros infederant, murium, locustarum, & nociuorum eiusmodi animantium ingens multitudo generata, quae uniuersam segetem insequenti uere depasta est. *Ea caritas annonae subsecuta, ut in sola hac urbe septies mille, nongenti, octuaginta quinque homines fame interierint; nec sine periculo contagionis tot interemptos moenia capiebant; ideo *Schmidstadium* deuecta cadauera, ibique sepulta sunt. Ad caritatis huius memoriam in festo *S. Marci* panes usque hodie pinsuntur, eius magnitudinis, in qua tunc nummo argenteo uenierunt, non panes dixeris, sed bolos, quippe singuli uix palatum implent. Famem hanc ut solet, pestis subsecuta, quae tertiam partem hominum absumpsit, per totam Europam serpsit contagio. * Tot fracti malis † Thuringi, uniuersalem pacem (*b*) inter se Elector, Principes, Abbates, Comites, urbes iniuerunt. † pag. 93

Locustarum multitudo.

Caritas annonae.

Pestis.

* MCCCXVIII.

Thuringi uniuersalem pacem ineunt.

* *Anno* MCCCXV.

(*a*) *Extant hac de re* Documenta *in Archiuo.*

* *Anno* MCCCXVI. (*b*) Chronica Thuringiae *hoc anno.*

V * Capi-

Edit. I

V * Capitulum *B. M. Virginis* a *Friderico* & *Günthero* fratribus, *Comitibus* in *Berchlingen*, *Rudelſtadium* maius (*a*) centum ſexaginta marcis argenti puri cum aduocatia & omni iure emit; feudum erat Landgrauii, cuius aſſenſum uenditor, datis fideiuſſoribus, promiſit; ** praeſtitit poſt biennium, data libertate ſolennibus literis ipſe Landgrauius alienationem confirmauit. Erfurtenſes collapſa temporum iniuriis aedificia reparant. Ipſe etiam *Matthias* Elector (*b*) pontem mercatorum lapideum anno huius ſaeculi uigeſimo quinto erexit, cum ſuperiore anno ſplendido apparatu huc uenifſet, atque exacto prius homagio in baſilica Mariana decente ritu primitias (c) Numini ſacrificaſſet. * Diſſenſiones paulo poſt inter Electorem, & Erfordiam ortae; cauſa illarum *Northuſia*, quippe ibi contra Senatores ingens tumultus. Clerici etiam furorem experti, quorum aedes ſpoliatae, equi in ipſo templo ſtabulati ſunt. Motus iniquitate rei Elector, intentato prius ſed contempto ſpirituali gladio armata manu ſeditioſos aggreſſus, Vaſallo ſuo *Comiti* de † pag. 94 *Hohnſtein*, ut omnem commeatum intercluderet, † mandat. Subito ligni penuria urbs friguit, ut proprias etiam aedes ad culinae, fornacisque neceſſitates dirueret. Hanc ad expeditionem Erfurtenſes citabantur; illi ad ſubſidia contra foederatam urbem difficiles emanent. Grauiter tulit Archi Epiſcopus, quod contra ſubiectionis iuramentum ſequelam negarent. Igitur *Matthias* lecto aliis ſuis in territoriis milite utramque urbem (*d*) compeſcuit.

Eccleſia B. M. V. emit Rudelſtadium *maius.*

Pontem mercatorum exſtruit Matthias, *& primitias Erfurti celebrat.*

Northuſia *in Clerum inſurgens a Moguntino compeſcitur.*

Erfurtenſium in hac lite ſtudia.

* *Anno* MCCCXXII. (*a*) *Antiquiſſima monumenta archiui Mariani.*
** *Anno* MCCCXXIV. (*b*) MS. Chron. Erfurt.
(*c*) MS. Chron. Petrenſe. * *Anno* MCCCXXV.
(*d*) Serarius *in eius uita.*

VI Secutum denuo ſi non ſchiſma, ſaltem non minus malum Moguntiae, in hanc usque Thuringiam ſua incommoda effundens. Extincto *Matthia* Clerus Treuirenſem Archiepiſcopum *Balduinum* uocat; (*a*) hic diuitis eccleſiae Praeſul, cum exhauſta bellis Moguntina mutare nolens, Papam etiam metuit, qui *Henricum* de *Virnberg* Capitulo obtrudere nitebatur. Aegre tandem perſuaſus *Balduinus*, ut ex conſenſu Pontificis adminiſtrationem uacantis Sedis adusque ſententiam ſuſciperet. Erfurtenſes ad ueterem genium reuerſi, hanc turbidarum Moguntiae rerum occaſionem captant. (*b*) Cumque nec *Balduino* extero, nec *Henrico* canonice haud electo obtemperare uellent, absque Domino ſe eſſe crediderunt: *Henrico* tamen magis, tanquam imbecilliori, † pag. 95 adhaeſit Erfordia, ut pondere ſuo factiones in † aequilibrio ſeruaret. Arma * urbi, ſed fruſtra, *Balduinus* admouet. Secuta poſtmodum ſententia Pontificis pro *Henrico*, ſed quae aduerſus Clerum, & populum inuitum aliquot annis executione caruit, quod deinceps geſta, & pacta euincunt. Comes etiam Hohnſteinenſis Moguntiae Vaſallus *Balduino* ſe oppoſuit, * quem compeſcere uolens Adminiſtrator, Erfurtenſibus ſequelam, & arma indicit, ut in commodius tempus reſiſtentiam differrent: ab initio ſequebantur ſegnius armis, (*c*) mox domum reuerſi ulteriorem opem detrectabant. *Balduinus* renitentia offenſus hoſtilia molitur. Ciues ira impotentes, in Clero, damna a *Balduino* illata, ulciſcuntur. (*d*) Decanum collegiatae Eccleſiae *B. M. Virginis Hermannum* de *Bibra* captiuant. Adminiſtrator ferociores eſſe uidens Erfurtenſes, quam ut ratione duci poſſent, exercitum in Thuringiam mittit, (*e*) qui diſperſus hinc inde ciuitati commeatum intercluderet. Interim ad aſtum recurrens nonnullos ex Senatoribus ſuas in partes clam trahit. Promittunt hi patulas portas, ſed cum alii fraudem aduerterent, in uanum ſtrategema ceſſit. Necdum ciuium ſanguinem uoluit *Balduinus*. † pag. 96 Igitur *Friderico* Seuero † diiudicandam litem ſubmiſit, (*f*) qui praeuia cognitione, quantum *Balduinus* petere, uiciſſim Erfurtenſes praeſtare debeant, arbitraretur.

Balduinus *Treuirenſis adminiſtrator Moguntiae.*

Erfurtenſes Moguntiae turbas in utilitates ſuas uertunt.

* MCCCXXX.

Balduinus *Comiti de Hohnſtein bellum infert.*

Sicut & Erfurtenſibus.

Qui Decanum Marianum captiuant.

Strategemate capere urbem Balduinus *nititur.*

Landgrauium arbitrum nominat.

(a) Serarius *in* Balduino *Administratore*. (b) MS. Chron. Erfurt. Edit. I
* *Anno* MCCCXXXV. (c) MS. Chronicon Petrense.
(d) MS. Chronicon Petrense. (e) Chronica Thuringiae *hoc anno*.
(f) MS. Erfurtense.

Landgrauius fugatur.

Fridericus Mittelhusium Erfordiam citat. Haec cladis, in quam sub pari colore quondam inciderat, memor, defensores suos armatos mittit, cumque nihil moderate agant Erfurtenses, ubi uires suppetunt, ipsum Landgrauium cum suis adoriuntur & fugant. Ignominiae sibi duxit haec *Fridericus*; igitur cum Treuirensi arma iunxit. Ciuitas tantis uiribus impar de auxiliatrice potentia circumspicit. *Mülhusia*, & *Northusia* solicitatae ad foedus; sed haec necdum ex bello ciuili sui potens, illa metu Landgrauii abnuit. Certius erat auxilium a Vinariensi Comite, perpetuo Landgrauiorum aemulo: descenderunt etiam in foedus *Comites* de *Kefernburg*, & in *Beichlingen*. Dispersae adhuc Principum copiae uias obsederant; erumpunt ergo ciues cum quadringentis conductitiis, ac sociati foederatis *Budstadium*, & *Thomasbrück*, florentem tunc urbem, deuastant. *Cranichfeldt* etiam cum arce capiunt. * Principes conuocatis omnibus copiis Erfordiensibus se obiiciunt. Vix signum utrimque pugnae datum, & Comitum auxilia caedebantur. Ciues cum militibus suis, ordinibus seruatis, ut honeste fugerent, continuo ab hoste pressi recedunt. † Prosecuti uictoriam Principes urbem obsident, pagi uiciniores incensi, arbores fructiferae contra frigus succisae. Ciues hisce damnis irritati frequentes erumpunt: in Brületo magnis animis certatum est; uerum desideratis utrimque multis fugati ciues, & incensa suburbia, sicque ad pacis leges accipiendas Erfordia coacta. Ipsius Landgrauiae intercessione lis composita, ut ciuitas agnita *Balduini* administratione impensas belli Electori, Decanum libertati suae restitueret: Moguntinus ciuitati renouaret priuilegia: haec uicissim mille argenti marcas solueret. Comites, qui a parte urbis steterant, data *Balduino* mulcta facinus expiarunt. * Tandem *Balduinus* administrationem deposuit, & Clerus se Pontifici submittens *Henricum* ad Sedem admisit. Is postea fratrem suum *Comitem* de *Virnburg*, & Consiliarios Erfurtum ablegauit, (a) qui cum Praeposito *S. Seueri*, Clerum & Senatum conciliarunt.

Iungunt arma Moguntinus & Landgrauius.

Foederatos inuocat Erfordia.

Damna Principibus infert.

Caeduntur Erfurtenses.

Vrbs obsidetur.

† pag. 97

Ad leges pacis adigitur, & quae illae?

*MCCCXXXVII.

Clerus & urbs conciliantur.

* *Anno* MCCCXXXVI. (a) MS. Chronica Petrensia.

**MCCCXXXVIII. Nebram expugnant Erfurtenses, & ius monetandi conducunt.*

VII Melius deinde *Fridericum* inter, & Erfordienses conuenit; quippe * pacto cum eo foedere (a) de pace publica prouinciae communi ope tuenda, eidem saepius armis adstiterunt; cuius rogatu (b) *Nebram* † acri obsidione expugnant, & exurunt. Eodem (c) anno Archiepiscopus urbi monetandi ius quingentis libris in singulos annos elocauit, ita tamen ut monetarius Prouisori Moguntino annue iuraret, ipsumque signum in curia Moguntina relinqueret. Eidem *Friderico* contra *Guntherum* Comitem de Schwarzenburg, & *Hermannum* Vinariensem auxiliatur: (d) pauca uerba contemtim in Landgrauium prolata bellum atrox, & Vinariensi fatale causarunt: quippe cum *Hermannus* in Erfordiensi curia a Senatu epulo exciperetur, atque cum feminis & uirginibus uel nobilitate, uel forma commendatis choreas duceret, contigit *Fridericum* urbem, & in ea prope curiam transire; quo uiso *Hermannus* de fenestra, Friderice *unde*? Friderice *quo*? exclamat. Manifestius erat uilipendii signum, quod nomen Landgrauii uulgari idiomate ut inter pares solet, per (e) monosyllabon exprimeret. Indigne tulit hoc Landgrauius, & maiorem iniuriam interpretatus, quod publice contemtui habitus esset, cumque in aliena urbe confestim uindicare non auderet, per Deum iurauit, se non acquieturum, priusquam *Hermannum*, ut ab eo compellaretur Dominus, adegisset.

† pag. 98

Assistunt Landgrauio contra Vinariensem Comitem.

(a) *Instrumentum super hoc foedere conceptum uid. in* Refutatione Informationis Saxonicae, exhibita *Monasterii Westphalorum in tractatibus pacis*, lit. F. (b) MS. Erfurt.
(c) *De super documenta extant in Archiuis.*
(d) MS. Chronica Erfurtensia, Riuander, & alii Historici Thuringiae *h.a.*
(e) *Fritz* woher? *Fritz* wohin?

Mox

Edit. I † Mox utrimque bellum paratur; Vinariensis cum *Günthero* foedus
† pag. 99 paciscitur. Landgrauius suas in partes hanc urbem trahit, cuius uiribus potentior, ingentem stragem Comitibus infert, incensis passim ac deuastatis eorum urbibus & pagis, demolitis etiam *Vippach*, aliisque arcibus, praeter *Dornberg* & similes, quas integras sibi Erfurtenses, & Landgrauius seruarunt. Post haec *Arnstadium* obsidetur, cumque scalae iam muro applicarentur, de needum capta praeda dissidium inter Landgrauium & urbem oritur. Erfurtenses auxiliorum suorum praemium poscebant, aut si nollet Landgrauius, solo aequandum esse. Econtra *Fridericus Arnstadium* sibi tanquam Domino directo Arnstadini Comitatus, imo belli Principi, non confoederatis deberi contendit. Erfurtenses crescenti Landgrauiorum potentiae inuidi, relinquere Comiti ciuitatem, quam pro *Friderico* expugnare maluerunt. Igitur cum testudinibus suis, & scalis, & omni apparatu remeant. Obsidione soluta *Fridericus* Vinariam uersus exercitum ducit. Erumpunt in Erfurtenses Arnstadini, & ad portas usque Erfordiae premunt. Ciues Landgrauio confestim hostium insolentiam nuntiant; ille receptui canit, suaque arma Erfordiensibus, qui eruperant, iungit: pugnatum ab urbe usque in pagum *Ege-* *Obsidetur Arnstadium.*

† pag. 100 *stet*, ubi Schwarzenburgenses planitiei commoditatem amplexi † aciem formant. De summa rei Comites, hinc acerrime pugnarunt; dispersa acie uterque Comes in hostium manus incidit, captiui e pugna Erfordiam illico missi. Landgrauius fugientes cum copiis adusque Arnstadium insequitur: Aderat ibi inopinato *Comes* de *Virnburg*, *Henrici* Moguntini frater, qui Comitibus duo millia (*a*) uirorum in suppetias adduxerat. Credo non imperio fratris, sed partium studio permotum. Hic recentibus copiis, defatigatum pugna Landgrauium adoritur. Redintegratae acies, eoque res deuenerat, ut Fridericus undique cinctus fugam non hostium, sed suam extrema dimicatione quaereret. Fama delata Erfordiam copias Landgrauii caesas esse. Abbas *D. Petri* de sepultura eorum, (*b*) qui ceciderant solicitus, currus aliquot cum religiosis ad arenam infelicis pugnae mittit, ut postremo humanitatis beneficio, interemptos terrae mandarent, aut si nobiliorum cadauera iacerent, ea curribus imposita ad solennis pompae funus adueherent. Pertinaci defensione proelium ad uesperam usque *Fridericus* traxerat, qua currus funerales appropinquabant. Religiosi in tam humano pietatis officio sanctos se credentes audacter pergunt. *Comes* de *Virnburg* misere deceptus, per

† pag. 101 nebulas & mixtum aeri puluerem aduentantes † dubie discernens, noua esse pro Landgrauio auxilia, dum timuit, credidit, datoque illi euadendi spatio ipse fugit. *Fridericus* atroci uulnere saucius Erfordiam reuertitur, ubi chirurgi opera uulnus coaluit. Atque hac uictoria sui iuramenti uotum Landgrauius obtinuit, titulo Domini postea a Vinariensi honoratus, eundem praeterea Comitatu exuit, paulo post ea lege restituto, ut Comite mortuo *Friderico* cederet, sicque potens ille Comitatus Erfordiae uiribus ad Landgrauios deuolutus est. Non tamen sine praeda Erfurtenses pugnarunt, quibus pagus *Zimmern*, antea Schwarzenburgensium, isto bello cessit. Saxo praeter Vinariensem Orlamundae Comitatum accepit.

Pugna inter utramque partem.

Vterque Comes capitur.

Pugna redintegratur.

Landgr. aduentu monachorum Petrensium e periculo liberatur.

Comitatus Vinariensis & Orlamundae Landgrauiatui accedit, & Erfurtensib. Zimmern.

(*a*) MS. Erfurt. *Alii ducentos referunt.* (*b*) MS. Chron. Petrense.

VIII * Vix arma deferbuerant, & aliud malum urbem excitauit. *Hermannus* Comes de Stolberg in arce sua *Erichsberg* praedones fouit. (*a*) Hi uicinis, Northusiae praesertim, & Quedlenburgo graues omnia diripiebant. Querelae ad firmatricem pacis Erfordiam deferuntur; haec una cum Landgrauii & Mülhusinorum, ac Northusiae cohortibus arcem, & in ea praedones obsidet. Nulla iis nisi in uictoria spes, qua non obtenta, non supererat turpissimae mortis effugium, nisi ut manu hostium in pugna caderent. Igitur tam feroci audacia se defenderunt, ut, an

† pag. 102 homines oppugnarent, ancipites essent obsidentes. † Tandem undique solito istius temporis oppugnandi more scalae admouentur, praedones

Qui Erichsberg expugnant.

caedibus imminuti; dum hic ascendentes deturbant, alibi impares sunt. Superato muro adhuc pugnarunt, ne uiui caperentur. Viginti eorum capti ex arboribus circa arcem suspenduntur, (b) Comes autem cum Equite Werterdensi capite plexus, arx ipsa solo aequata. Edit. I

* *Anno MCCCXLV.*

(a) MS. Chronica Erfurt. & Riuander *hoc anno.*

(b) Percensteinius *in* Theatro Saxonico *parte* 3 *de* Northusa, Becheret *in* Chronico Thuringiae, & Riuander.

Controuersia de Salza *urbe.*

IX Bellum hoc maioris momenti controuersia excepit. * *Salzam* urbem (a) iam ab aliquot saeculis Moguntina Sedes nobilibus eiusdem nominis in feudum concesserat, relicto solum ibi Praefecto, qui uicinos pagos, & illam ditionem administraret. Moriebatur hoc anno Dominus de Salza tribus filiis beatus. Hereditatis diuisio fratrum concordiam rupit, nec conuenire poterant, solidum singuli patrimonium cupientes. Aucta discordia fratrum alter Landgrauium accedit, ac ei litem uendit. Nec mora: Adest hereditatis emptor, ipsamque *Salzam* aperiri sibi per nuntios flagitat. Ciues cum Praefecto Moguntino aditum negant: Esse urbem Moguntiae feudum, nec absque eius consensu alienari posse. Nihil ergo per † uenditionem actum, quam ut commissa felonia urbs caduca Moguntiae denuo accederet. Contumeliae imprudenter additae: Serius uenisse Landgrauium; adesset crastina maturius, foresque denuo pulsaret. *Fridericus* copias militares admouet, cum autem nihil illae proficerent, atrox consilium capit: domus urbis ligneae, praeterea stramine plurimum tegebantur; igitur ignem iniicit, ut ciues a moenibus ad aedium suarum defensionem compelleret, sicque facilior expugnatio redderetur. Supra uotum consilium cessit, quippe urbs uiginti locis incensa, confestim tota flammis corripitur: restinguere incendium remedio uiolentius ciues ne tentarunt quidem, se tantum flammae suffurari conantes: ipse calor moenia occupauit, de quibus multi extra urbem praecipites lapsu extincti, pauci, qui feliciter ceciderant, in ipsis hostibus misericordiam inuenerunt. Exusta tota ciuitas, & in ea octingenti septuaginta octo homines. Introiuit ergo *Fridericus* per cineres ad urbis rudera. Sed arx huic calamitati exempta mansit. Ast cum a Moguntina Sede, quam *Henricus* (b) post *Ludouici* Caesaris mortem contra Papae sententiam uiolenter tenuit, parum auxilii sperare posset, breui ad pacis conditiones adacta est. Lusum de alieno corio: fratribus de Salza adempta urbs, & conuentum, ut post † hac Moguntinus & Landgrauius ex aequis partibus possiderent. Annuit facile *Henricus*, qui facultates omnes pro sui conseruatione contra *Gerlacum* destinabat, neque ducebat expedire, contra Landgrauium quid moliri, ne potentem amicum aemulo procuraret. Sibi potius largitionibus de sociis prospexit, utque ipsam Erfordiam a fidelitate *Gerlaci* detineret, (c) insignem ei praefecturam *Kappelndorff*, Imperii feudum, donauit. Terrae motus uniuersam Thuringiam concussit. (d) Passim corruerunt aedificia, & rupti montes, maximi subsultus Erfordiam quassarunt. Nullum in atroci malo remedium, ab aedium ruinis in urbibus periculum creuit; ideo campi refugium petebantur. Credo ruptam his motibus terram noxiis exhalationibus aerem corrupisse, qui pestilenti lue post biennium tot hominum millia peremit, in sola Erfordia duodecies mille homines pestis consumpsit. Nec in Thuringia se continuit hoc malum, sed longius per Europam progressum est.

† pag. 103

† pag. 104

Salza urbs exuritur.

Lis componitur.

Elector Kappelendorff *Erfurtensibus largitur.*

Terrae motus.

Pestis ingens.

* *Anno MCCCXLVI.* MS. Chronica Petrensia.

(a) MS. Chron. Erfurt. & Riuander *hoc anno,*

(b) Serarius *in hoc* Henrico.

(c) MS. Chronica Erfurt.

(d) Chronica Thuringiae & Erford, *hoc anno.*

Iudaeorum persecutio.

X Ampla urbs commerciis hactenus creuerat, sed numerosior Iudaeorum copia potissimum lucrum retulerat: ut enim fraudulentum id hominum genus inter uirtutes dolum numerat, quo Christianum decipit, sic intra limites recti se continentem mercaturam facile praeuenit. Cum

† ergo

Edit. I † pag. 105 † ergo potissimae opes his sordibus affluerent, in omnium inuidiam inciderunt. Senatus etiam furorem plebis laxauerat. Incerta fama spargebatur, puteos a Iudaeis iniecto ueneno corruptos; (*a*) sufficiebat rumor ad crudele facinus, omnesque mortes huic toxico imputabantur. Ad conuicia primo uentum: mox concurritur, ipsaeque Iudaeorum aedes obsessae. Illi fores, & aditus impedimentis obruunt. Delinquentium multitudo spem impunitatis, hinc & licentiam auxit; admouetur flamma, atque domus una cum Iudaeis, & opibus igne cremantur. Sex millia omnis aetatis & sexus occubuerunt. Alii Iudaeos ipsos, cum praesentissima mortis pericula uidissent, aedes & cum iis sibi rogum succendisse dicunt, sperantes flammam urbem inuasuram, ut non soli interirent. Probabile est (*b*) ueneficium falso sparsum ab iis, quos pecuniis mutuo datis sibi Iudaei deuinxerant, ut sublatis creditoribus se quasi per compendium a nexu liberarent. Grauiter hoc facinus Elector tulit, (*c*) quippe in Iudaeis sua regalia laesa querebatur. Vrbs ueneficio interemptorum, quae egerat, excusauit. Attamen placari non poterat *Gerlacus*, priusquam reditus omnes, qui Archiepiscopali fisco a Iudaeis † pag. 106 pendebantur, aerarium urbis in † se reciperet. Mulctam praeterea centum marcarum argenti in singulos annos dictauit †.

Concremantur sex millia.

Gerlacus *propterea Erfurtenses mulctat.*

(*a*) MS. Chronica Erfordiae. (*b*) MS. Chronica Petr.
(*c*) *Multa hac de re documenta & acta in archiuis extant.*

† Quum lib. V *rerum Moguntiacarum* in uita *Gerlaci* adnotatione 16 ad § I *Serarii* p. 668 haec paullo distinctius, rectiusque e documentis fide dignis retulerim, placet ea, his *Gudeni* interpretandis, huc afferre. Sic autem ibi: *Ipse* (Gerlacus) *ciuibus pollicitus est, se cladis miserae Iudaeorum genti igne ferroque illatae poenas haud expetiturum; iuri insuper suo in possessiones uerborum ac bona, quibus ciues in tumultu illo manus attulerant, renuntiauit. Ciues uicissim recepere, se censum aeque, quem Iudaei fisco Archiepiscopali pependissent, ac summam istam centum marcarum, quam Praesuli Moguntino quotannis obtulissent recutiti, in se recepturos, & hanc quidem in singulos annos, ad diem* Martini *Episcopi memoriae festam, prompte exsoluturos. Acta haec sabbato ante feriam Margaretae uirgini dicatam.*

Appulit his diebus erronum flagellantium turba, (*a*) qui hinc inde currentes obscuris cantilenis populum dementabant, utque pietate illuderent, se flagellis caedebant, interim furtis, & libidinibus intenti. Non intromissi in urbem Hilfershofii numero trium millium palarunt. * Ex simili colluuie fuit hic *Constantinus* quidam, is se filium Dei praedicabat, die tertia resurrecturum. Nullibi fidem sed misericordiam inuenit, quod mania hominem stultescere crederetur; at ille sanae & integrae mentis se esse contendit. Indulgetur spatium, ut de integritate iudicii constare, simul a temeraria professione desistere posset. Ille se neutiquam delirare, sed esse filium Dei confirmabat. Deductus ergo blasphemus ad Electorale tribunal, eiusque sententia rogo iniectus, ad gradus fori maioris combustus est.

Flagellantium turba.

Blasphemus quidam se filium Dei iactat.

Supplicium blasphemi.

(*a*) MS. Chronicon Petrense. * *Anno* MCCCL.

XI Graui schismate Moguntina Sedes turbatur. *Henricus* mandato Pontificis exaltatus, ingrato facinore *Ludouico* Caesari contra Papam adhaeret. Hinc Pontifex in eum anathema uibrat, & de sede per sententiam deiicit. (*a*) Suffectus *Gerlacus* Comes Nassouicus, sed praeualente Caesaris potentia *Henrico*, accedere Moguntiam ueritus, Erfurti moratur: † haec enim ciuitas mandata Pontificis amplectens contra Caesarem, & *Henricum*, *Gerlaco* adhaesit, eidemque uiuente *Ludouico* (*b*) homagium praestitit. Hic uicissim multis largitionibus, & priuilegiis fidem ciuitatis sibi firmauit, & sic cum ingenti Sedis detrimento prima licentiae fundamenta ciuitas iecit.

Schisma Moguntinum, in quo Henricus *Moguntiae,* Gerlacus *Erfurti residet.*

† pag. 107

Schismate ad utilitatem suam utitur Erfordia.

(*a*) Serarius *in huius* Henrici & Gerlaci *uita.* (*b*) MS. Chronica Petr.

XII * Idem annus initium (*a*) dedit eleganti structurae chori *B. M. Virginis*, cuius magnificentiae Germania parem non habet, sique Seuerianus chorus, uti fundamenta iacta, simili forma staret, ac sic latissimi gradus ex foro inter utramque magnificentiam exsurgerent, uix haberet Italia,

Chorus Marianus erigitur.

lia, quod huic miraculo compararet. Sumptus (*b*) quater & uigesies mille argenti marcarum fuerunt. Nec iam tum India Europam argento ditauerat, ut sicut annona, sic unius diei merces non multis obolis staret. Simul lapideis gradibus (*c*) ad montem *D. Petri* ascensus sternebatur, iacuerunt illi ad nostram aetatem, usque dum munito monte sublati murorum marginalibus adhiberentur. Edit. I

Ascensus montis S. P. gradibus lapideis sternitur.

* *Anno* MCCCL. (*a*) MS. Erfurtensia Chron. & Petr.
(*b*) Rationalia istius Collegii, & MS. Chron. Petr.
(*c*) MS. Chron. Petr.

Vicedominatus officium Moguntiae redimit.

XIII *A longo tempore (*a*) Vicedominatus exercitium in Erfordia nobilis familia, † quae inde nomen accepit, in feudum habuerat. Non † pag. 108
potuit haec res sine incommodis esse, ubi tantum munus natalibus non uirtuti destinabatur. Diu ergo de redemptione consilia agebantur, donec tandem Vicedomini, ius suum ultro Moguntiae uenderent. * Vicissim a *Gerlaco* monetae utilitates ciuitas emit, adiecto pacto de retrouendendo. ** Omnem animum in Erfordiae uiribus posuerat hic Elector, proinde communi subiectionis uinculo non contentus, specialibus pactis eas sibi firmauit, octoginta galeas in omne periculum ad quinque annos stipulatus est. *Carolus IV.* Caesar urbis priuilegia, titulos praecipue (*b*), quibus hactenus territorium suum auxerat, confirmat, * utque magis amorem urbis prouocaret, duos pagos *Azmansdorff*, & *Stobra*, antea Kirchbergensium Comitum, donat †. ** Eidem ciuitati (*c*) Comitatus *Mühlberg*, & *Tondorff* Elector mille ducentis marcis argenti adiecta retrouenditionis lege uendit. Attamen Mühlbergensis Comitatus pro parte dimidia solum hac sub alienatione comprehensus est, quippe medietas altera iam olim ad *Comites* de *Henneberg*, & de *Schwarzburg* peruenerat, sed & ab Hennenbergensibus eodem hoc anno quingentis argenti marcis, ab his post † quinquennium pari pretio quartas † pag. 109
cum licentia *Gerhardi* emit, semper lege contractui adiecta, Electori Moguntino, & Archiepiscopatui ius, fasque esset, etiam has duas quartas redimendi. Similiter aperturae, & praesidii iura ab his conuentionibus exempta sanctae Sedi remanerent.

Ius monetandi urbi uendit.

Carolus IV *priuilegia urbis confirmat.*

Gerlacus *Mühlberg & Tondorff Erfordiae uendit.*

* *Anno* MCCCLII.
(*a*) *Sequentia multis documentis in Archiuis extantibus probantur.*
* *Anno* MCCCLIV. ** *Anno* MCCCLV.
(*b*) *Copiam priuilegii ediderunt* Erfurtenses *Monasterii Westphaliae in* Refutatione Informationis Saxonicae, *lat.* R.
* *Anno* MCCCLVI.

† Immo, ut l. d. *Rerum Moguntiacarum* adnotat. 4 ad § II *Serarii* iam dixi, ciuitati tum uillas *Hermanstein*, *Azmansdorff*, & *Stobra*, quas *Comites Kirchbergenses* ab Sede Moguntinensi iure beneficiario olim receperant, feria VI ante diem, qui *conuersionis* D. Pauli *memoriae* sacer est, fiduciario contulit ritu.
** Anno MCCCLVII. (*c*) *Vide infra ad annum MDXC & XCII.*

Arcem Elsterburg *expugnant Erfurtenses.*

XIV Iterum praedones Thuringiam ex arce *Elsterburg* (*a*) infestabant. Caesar ad maiorum uirtutem ciues hortatur. Hi sub Aduocato Comite *Henrico* in *Hohnstein* uiolentas manus admouent, & arcem expugnant. Capti praedones gladio feriuntur. Similes praedones arcem *Tanroda* insederant, quam Erfurtenses frustra diu oppugnabant. Consilia, uires, omnia obsessi rescibant, (*b*) sicque facile quosuis conatus praeuenerant. Soluta obsidione domi in causas sinistri successus inquisitum. Erant de Senatu & ciuibus, qui creditis pecuniis in arce ius hypothecae habebant; hi cum pignore sua nomina euertenda timentes, expugnationi inuiderunt, domi retardarunt arma & comeatum, foris consilia prodidere; quibus compertis accusationi publicae subiecti, omniumque dignitatum incapaces declarati, grauibus poenis coerciti sunt. * Aliud praedones receptaculum in Eichsfeldiae † arce *Hanstein* (*c*) habebant. Arx ipsa in edito monte † pag. 110
natura loci munitissima. Sed Erfurtenses cum dicto *Henrico*, ciuitatibus etiam *Mülhusia* & *Northusia* arma in praedones expediunt. Armauerat se in uicinia *Otto* Brunswicensis, *Dux* de *Leina* nuncupatus: incertum confoederatis, an hostem uel amicum haberent. Missis

Tanroda *frustra obsident & cur?*

Arx Hanstein obsidetur;

cuius ad defensionem se

Edit. I Missis Legatis propositum *Ottonis* rogant: non dubitare se Ducis arma patriae quietem spectare, ac contra eos suscepta, qui commercia, & securitatem publicam uiolantes, ex raptu uiuerent. In horum castigationem se quoque coiuisse, cumque praedones de arce *Hanstein* omnem uiciniam spoliarint, ad istius arcis expugnationem se tendere, nec aduersi quicquam a Duce, sed auxilia potius expectare. *Otto* laudare propositum, utque strenue pergerent, monere coepit. Confoederati exercitu arcem cingunt, iamque assultus aliquot in murum tentati, cum *Otto* recentibus copiis, & non indicto bello obsidentium castra adoritur. Segnius in iis uigilabatur, cum ante nuntiata hostilia iure gentium se tutos crederent. Sed Dux obtinuit uictoriam, illi caesi partim, & capti, arx cum praedonibus impunis mansit. *Otto* ob iniquissimum hoc facinus non paucorum odium incurrit.

Brunsuicensis armat.

dolo utitur;

obsidionem soluit.

(a) Chronica Thuringiae. (b) MS. Chronica Erfurt.
* *Anno MCCCLXIV.* (c) Riuander *in* Chronico *hoc anno.*

† pag. 111 * Secutus exemplum *Ottonis* agnatus eius † *Albertus*, (a) qui non tantum sub protectione sua praedones fouit, sed ipse etiam nobiles, & urbes Thuringiae & Eichsfeldiae infestauit. Monuit *Albertum* Moguntinus, & Landgrauius, ut ab iniquissimis ausis desisteret. Ille nec se in dehortantium gratiam incepisse, proinde nec in eorum fauorem desiturum respondit. Irritati hoc dicto Elector & Landgrauius undique copias legunt, Moguntinum Erfurtenses, & Eichsfeldiaci, Landgrauium frequens Thuringiae nobilitas sequitur, Mülhusia & Northusia continuo lacessitae adsunt, uiribusque iunctis exercitu uiginti millium Brunswicensem agrum inuadunt. Expugnant *Hindenburg*, *Windshausen* & *Lichtenstein*, obsident *Eimbeck*, eoque *Albertum* adigunt, ut abdicata praedonum protectione pacem rogaret; quam ea lege, neue posthac ulli uicinorum molestus esset, impetrauit.

Similiter Albertus *Brunsuicens. praedones fouet.*

Monetur, ut desistat.

Monita spernens armis impetitur.

Ad eiurandam praedonum protectionem cogitur.

* *Anno MCCCLXV.* (a) Riuander *hoc anno.*

XV * Dum haec foris agerent Erfurtenses, in altera uicinia Comes Swarzeburgicus cum Herbipolensi Episcopo bellum gerit, (a) sat atrox, si uires animum non destituissent, cumque pecunia Comiti deesset, Erfordiae arcem *Wassenburg*, (b) & partem Gabretae siluae uen-
† pag. 112 didit. Indigne † tulit hoc Landgrauius, attamen aperta ui iustam urbis causam uiolare non ausus, nec ita compescuit inuidiam, quin Erfurtenses aduerterent. Igitur legatos ad Caesarem mittunt, qui auctoritatem eius huic contractui peterent, rogarentque signaculum Caesaris instrumento appendi. Periculosa res uidebatur, legatos cum instrumento emptionis Landgrauii territorium transire; ut igitur insidias fallerent, quasi commerciorum causa aliud iter ingrediuntur. Vix pridie abierant, & quasi re iam salua dolus iactabunde proclamatur. Landgrauius nuntios celerrimis itineribus submittit, qui ipsos legatos in Bauariae finibus assequuntur. Duci *Stephano* Landgrauii auunculo iam tum ex huius querelis controuersia innotuerat. Igitur spoliati Erfurtenses domum remittuntur. Ipsum instrumentum contractus Landgrauio transmissum, quo obtento emptam arcem, & siluam sibi appropriat. Resistebat magnis uiribus ciuitas, sed ille potentior uias obsidet, urbique conditiones pacis obtrudit. ** Vt damnum hoc alibi resarciret Erfordia, diues opum, ab *Henrico*, & *Ernesto* Comitibus de Gleichen, Moguntiae uasallis, pagos (c) *Walsleben*, *Elxleben*, *Münsterhofen* mille argenti marcis emit. Ex parte Senatus ac urbis negotiabantur *Rudigerus* de *Hayn*
† pag. 113 Electoralis Prouisor, † & Theologiae Magister, *Herbortus* Seueriani Collegii Praepositus.

Erf. emit a Com. Schwarz. VVassenb. cum parte siluae, quod aegre fert Landgr.

Caesaream confirmationem frustra quaerunt Erfurtenses.

Arcem sibi Landgr. appropriat.

Erfordia Walsleben, Elxleben, & Münsterhofen *emit.*

* *Anno MCCCLXVI.*
(a) Becherer *in* Chronico Thuringiae *hoc anno*, & MS. Chronica Erfurtensia. (b) Becherer *dicto loco.*
** *Anno MCCCLXX.* (c) *Litterae* emptionis & uenditionis *extant.*

Arma in Landgrauium, non iniuriae memoriam urbs deposuit, praesertim cum Landgrauius nec molitiones hostiles intermitteret, ipsam etiam

Continuatae simultates inter urbem & Landgr.

etiam ciuitatem ad iudicia sua citaret. Ideo haec, ulterius ne maiori potentiae cedere iura cogeretur, urbibus Northusiae & Mulhusiae causam, & antiquum foedus exponit; (*a*) Comitibus etiam Thuringiae periculum exaggerat: non amplius legibus agi, Landgrauios non ueteri titulo contentos, nunc etiam Thuringiae dominium affectare, eo arma respicere, quibus urbes lacessant, Comites extirpent. Recentius esse Vinariense fatum, quam ut narrari debeat. Idem nuper contra Schwarzenburgenses tentatum, linea *Guntheri* Caesaris in filio deficiente. Actum de libertate imbecilliorum, nisi communi foedere ad aequalem Landgrauii potentiam coeant. Vrgente negotium Moguntino firmissimum foedus iciunt: Damna, pericula sociorum communia essent, unius iniuriam alter sibi illatam haberet. Euentus felicitatem pacti probauit. Ipsi autem Archiepiscopo *Ioanni* rei momentum accuratius Erfurtenses depingunt, cumque narrata superius pericula exposuissent, a Landgrauio incompetenter ad iudicia se citari addunt, (*b*) quod fieri nisi in subditos non possit. A † multis iam saeculis Archiepiscopatui se deuotos, urbem felicissima adoptione filiam esse. Praeterea Caesareis, & Regalibus priuilegiis aduersus externa iudicia muniri, nec forum nisi electorale agnoscere. Non aliud quam superioritatem in Erfordiam citationibus iis praetendi, illisque iudiciis, quae iuris tribuendi gratia sint adinuenta, Landgrauium ad inuadenda aliena abuti: mature consultaret Elector, quomodo conatibus his obuiandum; solam pene Erfordiam de amplissimo quondam Sedis imperio his in oris superesse, magnum inuidiae obiectum, quod in ea dominatus Thuringici complementum consistere uideatur. *Ioannes* Elector, ne dubitent, respondet, de solicitudine matris; sat sibi restare uirium & animi, quo filiam tueatur: duraturam cum obedientia protectionem, utque magis de promissis urbem certam redderet, omnia eius priuilegia confirmauit, remisit etiam mulctam a caede Iudaeorum in singulos annos pendi solitam, quae cum antea ad 100 marcas argenti quinquennio excurreret, ipse in 10 annos tantum centum quinquaginta stipulatus est †.

Vrbes & Comites Thuringiae in Landgrav. incitat Erfordia.

Cum iis auctoritate Moguntini foedus icit.

Eadem rei momenta proponunt.

† pag. 114

Responsum Electoris.

(*a*) Erfurt. & Thuringiae Chronica. (*b*) *Extant ipsissimae litterae urbis.*

† Non ita bene. *Si enim huc contuleris, quae supra ex actis publicis attuli, uidebis, haud posse dici, quod ciuitati mulctam ob caedem Iudaeorum remiserit, & quidem mulctam, quae antea ad centum marcas excurrerit quinquennio. Quippe ciuitas in singulos annos centum marcas die* B. Martino *festa exsoluendos in se receperat. Receperat autem non mulctae instar, & poenae loco, sed ex pacto, ob Iudaeorum occisorum bona auersa*, Gerlaco *iuri suo renuntiante.* Ita pridem in uita *Ioannis I* adnotat. 4 ad § III *Serarii* p. 683.

Fundatur Carthusia Erfurtensis.

XVI * Carthusia Erfurtensis in hunc annum initia refert. (*a*) Mons est in Eichsfeldia Hassiae obiacens: exercitam in eo ethnicorum idololatriam in Christianam pietatem *S. Bonifacius* conuertit. Frequentissimi † credentium coetus ibi confluunt, numinis auxilium implorantes, hinc † pag. 115 ei nomen datum, quod *auxiliaris mons* (*b*) appelletur. Oblationes pro conseruatione templi, alimentatione Deo uiuentium & pauperum copiose fiunt. Harum pars tertia Sacerdoti, qui tunc sacra curabat, cessit; is ex liberali pietate dives, in testamento Carthusiam aedificari suis nummis praecepit, reliquum in dotem assignauit. Executorem suae uoluntatis collegiatae *Dorlensis* ecclesiae Praepositum *Ioannem Ortinum* † dixit. Hic impetrata *Ioannis* Archiepiscopi uenia, Erfordiae Carthusianum coenobium erexit. Aiunt, (*c*) cum architectus de opportuno loco circumspexisset, elegantis formae iuuenem ei adstitisse, qui locum, ubi aedificaret, laudarit, & subito disparuerit, Angelum per id se monstrans, humanos artus indutum. Equidem hactenus ex situ loci multa tulit Carthusia, dum munimenta urbis magnam partem ei ademerunt, uallo ipsi peristylio incubante. Biennium praeclaro fuit operi insumptum, † dein consecratio secuta est. * *Comites* de *Gleichen* cum † pag. 116 monasterio Petrensi in litem incidunt. (*d*) Praetenderunt illi aduocatiam, & hospitandi ius, ui cuius Erfordiam uenientes cum omni comitatu

Lis inter Com. de Geichen & Monasterium S. Petri.

Edit. I tatu in monasterio diuertebant, culinae & cellae graues. Abbas *Theodoricus* indecens esse queritur, humanitatem maiorum in seruitium trahi. Illos aduentantes huc Comites benigne excepisse, qui hospitalitatem uicissim non iustitiae, sed charitati imputarint; immo donis tantum beneficium sint professi, nec illos eo frequenti cum famulitio, ut nunc soleant, aduentasse, uerum paucis seruis stipatos humili fratrum mensae assedisse. De iure aduocatiae sibi nihil constare. Tandem composita lis, ut Abbas bis mille octingentos aureos Comitibus solueret, hi uicissim aduocatiae, & hospitandi iuribus renuntiarent.

* *Anno* MCCCLXXII. (*a*) Serarius *in* Ioanne I.

(*b*) *De quo uide* Serarium *Rerum Moguntinarum libro* 3, *Vitae* S. Bonifacii *lib.* 1 *notat.* 20, *& nouissime apud R. P.* Ioannem Müller *S. I. in peculiari tractatu de hoc monte edito Duderstadii anno* 1671. *De alio adhuc monte* adiutorii *circa aetatem* S. Bonifacii *sacrato uide Celsissimum Principem* Ferdinandum, *in suae Paderbornae monumentis, in notis ad monumentum saltus Teutoburgensis, n.* 6.

† *Leg.* Ottonis. *Sic enim uocabatur; uti discere est ex tabulis, quibus ei* Gerlacus *anno MCCCLVIII, in die* Coenae, *quae* Viridium *alias appellatur, administrationem alodii Erfurtensis tam in spiritualibus, quam temporalibus commisit.* Ita l. d. adnotat. I ad § V *Serarii* p. 683.

(*c*) Serarius *in* Ioanne I. * *Anno* MCCCLXXIII.

(*d*) MS. Chronica Petrensia.

Schisma Moguntinum inter Adolfum & Ludouicum.

XVII * Detestabile schisma secutum, quod omnem Archiepiscopatum, nostram praecipue Erfordiam miserabiliter afflixit. (*a*) *Ioanne* Electore ueneno extincto, Capitulum *Adolfum*, Spirensem Episcopum ex regali prosapia *Comitum* de *Nassaw* elegit, *Gerlaci* ex fratre nepotem. Noua dignitas inuidiam pariebat. Fuerunt qui dicti ueneficii *Adolfum* † pag. 117 auctorem † spargerent, factaque fides Pontifici, & Caesari *Ioannis* patruo. Igitur Pontifex *Ludouicum*, Bambergensem Episcopum, Marchionis Misniae *Friderici*, & Landgrauii Thuringiae *Balthasaris* fratrem, ei opponit, atque Moguntinae Sedi obtrudere conatur. Capitulum defensionem innocentis Praesulis suscipit, & cum eo oppida, & munitiora loca paene cuncta: ueneficium *Adolfo* ab inuidis imputari. Papae decretum per sub-& obreptionem emendicatum. Praecipue fidelitas Erfordiae enituit. *Ludouicum* fratres eius, & *Carolus IV* Caesar armis, Pontifex bullis adiuuit, ipsum *Adolfum*, & qui cum eo sentirent, anathemati subiiciens. * Primum Erfordia solicitatur: dederet se Archiepiscopo, quem Pontifex & Caesar nominassent; obedientiam praemiis decorandam, si sponte praestetur; aut si nollet, exercitum triginta mille armatorum adesse, quo inuita ad subiectionem cum mulcta cogeretur. Illa se filiam Moguntinae Sedis esse respondet, nec Archiepiscopum agnoscere, nisi qui eam de Capituli consensu ascenderit; minas quod attinet, expectare se Landgrauiorum ausus, superesse illum generosum sanguinem, illosque animos urbi, quibus toties de hostibus suis, ipsis etiam Landgrauiis, triumpharit. Interim foederatos de auxiliis, Archiepiscopum de protectione solicitat. Venit hic cum numeroso † pag. 118 exercitu, quem sociae † ciuitates *Mulhusia* & *Northusia*, *Comites* de *Gleichen*, de *Hohnstein*, de *Waldeck*, de *Leina*, *Zigenhan*, & plures auxerunt. Concurrebat uterque exercitus prope Onistrutam fluuium ad castrum *Göbesen*, formabantur acies, & acerbatis utrimque animis omnia crudelem lanienam spectabant. *Carolum*, qui Landgrauiis cum auxiliaribus aderat, conscientia pupugit, & ingentis dedecoris metus, si ductore Caesare tantus Romanorum ciuium sanguis funderetur. Vtrimque igitur proelium uetat, pacem tentaturus. Sed cum de indiuisibili Sede transigi non posset, rursus utrimque hostilia: Roma etiam *Gregorius* undecimus, ne nihil agere uideretur, anathema uibrat, eoque id efficit, ut Canonici Ecclesiae *B. M. Virginis*, Coenobii *S. Petri*, & Scotorum Abbates, Franciscani, & alii sacra sisterent. Easdem in partes nouum Carthusianorum monasterium secessit; (*b*) proinde ab ipso Caesare ad *Ludouici* preces in protectionem receptum. *Ludouicus* do-

Veneficium Adolfo *affingitur.*

Erfordia pro Adolfo *stetit, Caesar & Pontifex pro* Ludouico.

Erfordiae a Ludouico *solicitatae responsum.*

Adolfus *cum auxiliaribus subuenit Erfordiae.*

Concurrit uterque exercitus. Caesar pugnam auertit.

Pacem frustra tentat. Pontifex in Adolfum & *assecias anathema dixit.*

nationem partis de silua pascali addidit, sed effectu caruit liberalitas, rei alienae prodiga, nec quicquam hodie praeter literas coenobium possidet. Senatus templa, eorumque ualuas diligenter custodit, † ne decretum excommunicationis affigeretur, aut pro concione e cathedra publicaretur. Praeterea Clero pluribus indignitatem rei demonstrat: non inficiari se, communione Christianorum exclusis recte sacra negari, sed parem in hoc cum aliis Pontificis esse conditionem, quod mendaciis supplicantium a ueritatis uia seducatur, cumque errantis nullus sit consensus, etiam rescripta Papalia, excommunicationes, & quaeuis decreta nullius esse ualoris, quae falsa narrata impetrarint, idque in praesenti casu *Ludouicum* feciſſe: illum qui per simoniam, & ambitum uarias ecclesias iam tum pererrauerit, nullibi quietem inueniens, (*c*) nunquam satur. *Adolfo* ueneficium affingi, pio, mansueto, integerrimo Antistiti. Maiorem Pontifici iniuriam fieri non posse, quam si praesentis causae decreta pro ualidis habeantur: simul enim ingenti temeritate credendum esse, quod *Gregorius* Papa hominem luxui deditum, inquietum, & Sedi extraneum, Electo legitime Canonico, pio, forti, continenti quoad Archiepiscopale munus praeponat; id autem sicut in Pontificis sanctitatem non cadit, ita de ea asserere crimen esse. Moti his Seueriani sacra aperiunt; reliqui, cum nihil iis persuaderentur, ab iniuriis irritatae plebis non satis tuti, urbe excedunt.

Anathematis inanitas.

Edit. I

† pag. 119

* *Anno* MCCCLXXIV.

(*a*) Serarius *in* Adolfo I, MS. Erfurtensia Chron. & Chron. Thuringiae.

* *Anno* MCCCLXXV.

(*b*) *Diploma* Caroli IV *hac super re datum in hodiernum diem sancte monasterium asseruat. Est bulla aurea insigne, omnino ei simili, qua Caesaris eiusdem sanctio publica*, Aurea Bulla *dicta, coruscat.*

(*c*) Cranzius *lib.* 10 Metropoleos *cap.* 23.

Hactenus uelitationibus † & incendiis inter partes dimicatum; cum autem Caesar, & Landgrauii Erfordiae appropinquarent, uidit *Adolfus* obsidionem intendi; proinde cum copiis ad defensionem in eam se recepit. Sequuntur hostes, & triginta millibus armatorum urbem cingunt. (*a*) Caesar in monte & monasterio *S. Cyriaci* cum Landgrauiis tentorium figit, (*b*) inferius copiae per cuniculos turritis moenibus insidiantur; sed ea tam alacri fortitudine defendunt Erfurtenses, ut nocturnis eruptionibus diurnos labores frustrarent, ipsum etiam Caesaris tentorium infestant; hic celeri fuga captiuitatem uix euasit, amissis equis, & omni apparatu, quem secum in monasterio habebat. Rex etiam *Wenceslaus* Bohemos auxiliares patri adduxerat. Cum autem ea, quae deditionem promouere possent, frustra tentarentur, ipsaque obsidio in decimam sextam septimanam protraheretur, Caesar auxiliares copias in Bohemiam reduxit. Landgrauii, ut affligerent, quos uincere non poterant, in uineas saeuierunt, uitibus radicitus euulsis. Plumbeos etiam canales leonini fontis, uti auus fecerat, exemerunt. Sicque liberata ciuitas. Crebro tamen hostilibus ager uexatus, nec impune ciues extra urbem deprehensi, usque dum *Ludouicus* † in oppido (*c*) Kaluensi, Magdeburgensis ditionis, saltui, & leuitatibus deditus, * coorto ex incendio tumultu per gradus decideret, eoque lapsu postridie moreretur. Mors haec uitae admonuit Pontificem, & alios, ut rubore suffunderentur, qui Archiepiscopalem mitram indigno capiti uiolenter imposuerant. Igitur *Adolfus* postea quiete Electoratum & infulam tenuit, nostraque urbs a *Wenceslao*, & Pontifice suo statui restituta est. ** Amplius erat urbis aerarium quam ut his motibus eneruaretur; uix bellum desierat, & magna pecuniae summa (*d*) a *Theodorico* de *Vargula* * Pincerna Thuringiae ipsam *Vargulam* comparauit.

Adolfus ex campis in Erfordiam se recipit, & in ea obsidetur.

Erumpunt obsessi, ipsumque Caesarem paene capiunt.

16 septimanis obsidio frustra continuatur.

Ludouicus moritur.

Adolfus extincto aemulo quiete imperat.

Erfordia emit Vargulam.

† pag. 120

† pag. 121

(*a*) Cranzius *d. l.* 10 *cap.* 9. (*b*) MS. Chronicon Erfurtense.

(*c*) Serarius *in* Adolfo I, Cranzius, & alii.

* *Anno* MCCCLXXXII. ** *Anno* MCCCLXXXIII.

(*d*) MS. Chronica Petrens. & *documenta desuper in Archiuis.*

* *Anno* MCCCLXXXV.

Edit. 1 XVIII * Secutus felicissimus ille annus, qui magnificentissimae Vniuersitati nostrae studiorum natales dedit. *Adolfus* Archiepiscopus, Elector Moguntinus, Comes Nassouius, magni & prudentis ingenii Princeps, felicibus auspiciis Academiam hic sacrauit. (*a*) Iam antea uero Pontifex interpellatus, ut Academiae licentiam conferret. Fuit tunc atrox schisma, cuius exitus in incerto pendebat. *Vrbanus* Romae, *Clemens VII* Auinione sedit. Haesit *Adolfus* Elector, quem interpellaret; † pag. 122 Ciuitas, quae sola poenitentia errorem expiare posset, ante undecim † iam annos *Clementem* inuocauerat. Is solenni diplomate petitis assenserat, & cum de *Adolfi* fide dubitaret, eo recusante, Archicancellariatum Clero Mariano detulerat. Sed declinante *Clementis* autoritate, spreta ista concessio, & Moguntinus cum ciuitate sua preces ad *Vrbanum VI* Pontificem iungit, Papalem consensum & immunitates impetrat. Sunt qui dicant (*b*) Herbipolensem Academiam huc translatam, quod ibi studiosis cum ciuibus non conuenerit. Sed nulla translationis uestigia in primis Academiae documentis apparent. Illud crediderim, erectae huius uniuersitatis famam studiosos Herbipolenses, diuexatos a ciuibus, attraxisse, sicque illam non extinctam, sed desolatam solum, donec a *Iulio* Principe superiori saeculo restauraretur. Post annos nouem Archiepiscopus *Ioannes*, itidem Nassouius, *Adolfi* frater, cum prius multa pompa introiuisset urbem, & accepisset homagium, actu solenni Academiam hanc inaugurauit. Hinc ille error qui *Ioannem* fundatorem agnoscit. † pag. 123 Vnde autem *Dagobertea* (*c*) quibusdam sit, nemo diuinabit. † Archiepiscopus Cancellarius est perpetuus. Rector Academicorum uotis eligitur mirabili mixtura. Etenim cum quatuor sint facultates, singulae tres electores nominant, nisi quod Philosophia duos solum dicat, numerusque e studiosis compleatur, ut & illis uotum in tanta electione maneat. Hi duodecim praeuiis ad speciem mutationibus aliis, tres electores sorte constituunt, definiti dein ab aliis secedunt, & qui horum iunior est, reliquis duobus tres nominat, ex quibus illi Rectorem eligere possint, & debeant, reseruato decisiuo uoto, si dissenserint. Sicque cum incerti sint electores, crimini ambitus uia intercluditur; laxior tamen est iunioris potestas, cum paene solus Rectorem efficiat, si cum illo, quem mauult, duos uel minus aptos, uel coelectoribus ingratos proponat. Ingens statim cepit incrementum Vniuersitas, habetque matricula frequentem numerum Theologiae & Artium Magistrorum, qui ex aliis Academiis huc confluxerunt. Varia postmodum collegia in alimoniam studiosorum erecta, de quibus in singulorum initiis dicam. Floruit Vniuersitas, quam diu ciuitas stetit; sed hac fato, uel effraeni licentia cadente, quasi uiolento motu simul ad incitas rapta est. Surrectura, cum ignara suorum commodorum urbs pristinae obedientiae, & per hanc uigori suo restituetur.

Initium Vniuersitatis Erfurtensis.

Schisma Rom. impedimenta posuit.

Cuius Pontificis auctoritate erecta?

An Herbipolensis Academia huc translata.

Erfurtensis Vniuersitas inauguratur.

Regimen & munera Vniuersitatis.

* *Anno* MCCCLXXXIX.

(*a*) *Litterae fundationis & alia documenta in archiuis extant.*

(*b*) Serarius *in* Ioanne II; *ubi auspicia Academiae* 1) *Ioanni*, 2) *anno* 1398, 3) *isti translationi, sed triplici errore adscribit.*

(*c*) Middendorpius *lib.* 3 de Academ. *p.* 524. *Vanas hac de re uariorum opiniones uide in* Promotione *Rechfeldii*, Med. Doct. *edita Erfurti anno* 1634.

† pag. 124 XIX †* Successor *Adolfi Conradus II* cum Landgrauio in litem iterum incidit; sed in ea continuit se Erfordia, cum in apertum bellum discordiae non prorumperent, Eichsfeldiacis, (*a*) quorum causa natae, uehementius rem agentibus: namque sub Procerum, & Electoris officialium ductu e montibus & siluestribus suis in Thuringiae plaga decurrentes, praedas non sine caedibus egerunt. *Wenceslaus* Caesar Bohemiae Rex *Burnabum* de *Silbynar* supremum exercitui Ducem praefecerat: lis huic cum Erfordia fuit. Viribus a Rege sibi commissis frustra minitabatur, Imperii libertate minas eludente: ideo *Wenceslaum* adiit, uellet citare urbem, & iudiciali sententia quod iustum imperare. Interuenit Moguntinus: Erfordiam sibi immediate subiectam, non prius ad

Eichsfeldiaci in Thuringia praedas agunt.

Caesar actiones contra Erfordiam ad Moguntinum remittit.

Caesaris tribunal cogi, quam negata Moguntiae iustitia posse. Relinquendas in rep. competenti foro causas, nisi confusiones ames, & profanari iustitiam. Suspectam rem esse, quam litem ad incompetentem deferre, tam recipere; utrumque affectus communiter emptos indicare. Ad haec Caesar causam Electoris iudicio remisit, (*b*) a quo citatae partes, ac lis definita est. Edit. I

* *Anno* MCCCXC.

(*a*) Riuander *in* Chronico Thuringiae *h. a.* MS. Chron. Erfurtense.
(*b*) *Extat originalis citatio cum remissione in Archiuo.*

Rudolfus *de* Heldrungen *Erfurd. infe-*

Alius hostis Erfordiam pressit, maioris temeritatis, quam uirium: † (*a*) erat ille *Rudolfus* nobilis *Dominus* in *Heldrungen*. Huic familiae ciuitas quotannis urnam uini pependerat, incertum an gratuito, uel iuris uinculo adigente; hoc nobilis, illud ciuitas praetendit; cumque beneficium ulterius negaret, ipse hostilia urbi machinatus est. Liberales ad auxilia Saxones 600 armatos submittunt, quibus ipsa moenia, quasi prouocaturus urbem, accessit: haec temeritate hominis confusa *Wilhelmum* Landgrauium, qui hostem instigauerat, timens, ciues continuit. Ille pagis quibusdam incensis in recessu praedas agit; insecuti de nocte Erfurtenses in Rudolfi pagis damna rependunt. Interrupit hoc bellum mors Rudolfi: * etenim frater eius *Fridericus* continuare nisus, interuenientibus uicinis anno sequente pacem elegit. * Necdum uero cum *Wilhelmo* quies, sed is flammis & caedibus in Erfurtensium agro saeuiit, donec tandem abactis hinc inde pecoribus iram, uel potius cupidinem satiasset. Capti Landgrauii milites ut praedones habiti, Centurio *Henricus* a *Lengenfeld* capite plexus est. In ipsa urbe inter coriarios incerto auctore exorta flamma, (*b*) quartam eius partem absumpsit, quod ipsum machinationibus *Wilhelmi* cum multis conuiciis a ciuibus † imputatum. * Iterum praedones uiciniam infestarunt, (*c*) arcibus *Hindenberg* & *Greiffenstein* pro receptaculis usi, cumque ex hac Eichsfeldiam potissimum depopularentur, Erfurtenses ad mandatum Electoris copias parant, ac una cum damnorum sociis *Mulhusia*, *Northusia*, Duce etiam *Ottone* Brunswicensi praedones expugnant, captos quadraginta duos suspendunt, arx *Greiffenstein* deiecta, ager in praefecturam redactus, & Electorali fisco addictus est.

† pag. 125

* MCCCXCV.
* MCCCXCVI.

Incendium Landgrauio imputatum.

† pag. 126

Greissenstein expugnant Erfurtenses.

(*a*) Riuander *hoc anno*, & MS. Chron. *hoc anno*.
(*b*) MS. Chron. Erfurt. * *Anno* MCCCXCVII.
(*c*) MS. Chron. Erfurt. & Chron. Thuring. *hoc anno*.

XX Mox ingens metus ex atroci periculo ciuitatem concussit. Crescente indies *Wenceslai* Caesaris ignauia, (*a*) & cum hac Imperii calamitate, Electores de eo exauctorando, atque substituendo alio consilia ceperunt; ursit negotium Archipraesul noster *Ioannes*, (*b*) & indicta noui Caesaris electio. Francofurti Brunswicensis & Lünaeburgensis Dux *Fridericus*, *Magni* filius, eligitur. Ille dum in patriam reuerteretur, necdum Imperiali pompa stipatus, a Waldeckiano Comite, quem Moguntinus arci suae *Rustenberg* praefecerat, nefarie in Hassia prope Frizlariam occiditur. Non deerant maleuoli, qui paratam Electoris iussu necem spargerent. Hinc omnium animi in Archiepiscopum incensi: *Henricus*, *Friderici* † frater, caedibus & flammis saeuiit, conuocatis sociis *Heiligenstadium* (*c*) sed irrito conatu obsedit. Vrbs haec ad *Geisledae* & *Leinae* confluenta, originem ad *Dagobertum* secundum (*d*) refert, Regimine & Athenaeo conspicua. In edito colle fanum Canonicorum *D. Martino* sacrum adiacet. Praeposituram *S. Henricus* Caesar & uirgo coniux fundauit. Oblonga ciuitas secundum uallem, quam surgentes hinc Idae, illinc Dianae montes inumbrant, fatidici quondam luci argumentum: apta nutrit ad res gerendas ingenia, si peregrinationibus excolantur. Saxones etiam hostilia meditari uidebantur, quod *Rudolfus* Dux Saxoniae, Caesaris comes, simul prostratus fuerat. Igitur Erfordia ad monita Electoris, & promissa auxilia uigilanti custodia portas suas † & moenia tutatur. Elector quadraginta hastarios in praesidium

Fridericus *Brunsuv. designatus Caesar occiditur, quod facinus Moguntino falso imputatum.*

Heiligenstadium frustra obsessum.

† pag. 127

Erfordia ad defensionem se parat.

† pag. 128

Edit. I sidium misit, quibus ciuitas commeatum, Elector stipendia soluit. * Minuit periculum secuta *Ruperti* Palatini in Caesarem electio, qui cum in facinus inquireret, propria reorum confessione, ipsius etiam Archipraesulis iureiurando, innocentem eum, & inique diffamatum reperit. * Lata ergo contra Waldeckium & complices tanquam facinoris auctores, & executores, sententia, ipseque *Ioannes* innocens declaratus est. Fuit alias *Rupertus* ille Moguntinae Sedi parum amicus, contra quam potestate Caesarea, praesertim in dandis priuilegiis, saepe abusus est. Huic urbi exemptionem fori, (*e*) ut non nisi in iudicio aulico, & Rotwilensi stare teneretur, in Sedis aemulationem tribuere conabatur, at illa Iudici legitimo adhaerere, quam iniquam exemptionem acceptare maluit. (*f*)

* MCCCC.

Moguntinus habita iudiciali discussione innocens repertus.

Rupertus Caesar Moguntinae Sedi parum amicus.

(*a*) Trithemius *in* Spanheimensi Chron. *ad annum MCCCC.*
(*b*) Serarius *in uita* Ioannis II.
(*c*) *In emporetico uinario ibidem carminice haec obsidio lapidi incisa refertur his uersibus, quos caue ne Ouidianis auribus excipias:*

Mille post incar. C quater in die *Margrethae*
His quatuor adde, regnante de Nassaw *Ioanne*,
De Brunswick *Henrich*, Dux *Otto*, Princeps illustris
Herman Hassorum, *Balthasar* Princeps Thuringorum,
Marchio de Missen *Wilhelmus* cum sua turma,
Anhalt, *Mansfelt*, *Reinstein*, *Querfurt*, *Gleichen*,
Quoque *Henstein*,
Alii quamplures hanc urbem circumuallantes,
Sed *Ciuitas sancta* ab his permansit inuicta.

(*d*) *Vid.* Henschenius *in* Diatriba de tribus Dagobertis.
* *Anno* MCCCCIII.
(*e*) *Allegarunt illud Erfurtenses in tractatibus Monasterienslb.*
(*f*) *Quod secuta praxis ostendit.*

XXI Hoc saeculo urbem in felicitate sua adoleuisse dixeris. Splendida passim aedificia, turres & templa huic aetati se adscribunt, literarum studiis erecta collegia: primum *Portae Caeli* ab *Amplonio Fago* Medicinae Doctore, (*a*) patria Rhenobercensi liberalissime fundatum. † pag. 129 Emersit is opulenta arte, ex inopia ad diuitias, urbemque † patriam, Sostensem, & alias, a quibus ad studia proficiscens uiaticum, & eleemosynam acceperat, stipendiis hic ditauit. Primus eiusdem, & uniuersitatis secundus Rector, postea solutus per mortem ab uxore, Coloniam reuertens, ad *SS. Apostolos* inter Canonicos assumptus est, ubi in ambitu, extante hodiedum epitaphio, sepultus. Bibliothecam suam huic collegio legauit, manuscriptis adeo frequentibus diuitem, ut inter illustres Germaniae numerari ualeat. * Eadem aetate *Basilius Valentinus* in Diui *Petri* monasterio uixit, arte medica & naturalium indagine mirabilis. Insuper iis accensetur, quos in augmentum spei nominant aurum confecisse; sic aliena dementia post saecula fallit, ideo minus culpabilis, quod non nisi decipi amantes facultatibus exuantur. Elector (*b*) *Ioanni* ab *Allenblumen*, Equiti, Vicedominatus officium, accepta pecunia, ad dies uitae concessit.

Collegium portae Caeli fundatum.

* MCCCC. XIII.

(*a*) *Extant fundationis litterae.* (*b*) *Documenta Archiui.*

Ascendit ergo ad summum fortunae apicem hoc saeculo ciuitas, sed cui nihil esse propius experta est, quam praecipitium. Semper habent aliquid acerbi res secundae. Sic urbis etiam felicitas multis incendiis temperabatur. * Orta subito flamma (*a*) nobilissimam urbis partem forum glastarium, uulgo *Anger* dictum, ** biennio post forum rapa- † pag. 130 rum, clypeatorum & pupillorum † plateam absumpsit, etiam pergamenam, & Marpichensem adusque *SS. Mauritii*, *Seruatii*, & *Andreae* in cineres redegit. Attamen & huius initium saeculi Erfurtensium imperio quid adiecit: *Sömmerdam* urbem cum *Schallenburgo* ***. Ab Abbate Principe Fuldensi, Comites Swarzenburgici iam olim acceperant; hanc Senatus * ex Domini directi consensu emit, sicque fines XCVI ab urbe stadiis, ad Omistrudam usque promouit.

Incendia uaria Erf.

* *Anno* MCCCCXII. (*a*) MS. Chron. Erfurt.
** *Anno* MCCCCXVI. *** *Anno* MCCCCVIII.
* *Anno* MCCCCXVI.

* Venit

Conrado Electori Homagium praestatur.

* Venit post haec damna, mense Augusto, *Conradus* Archiepiscopus, suamque in fidem ciuitatem recepit, ne Moguntinae urbis exemplo, (*a*) quae furiose tumultuabatur, seducta, Dominum excluderet. Homagium (*b*) in templo *S. Seueri* exactum, & a singulis de Senatu praestitum est. Populus in turma iurauit. * Decreuit his temporibus *Sigismundus*, & Imperium expeditionem in Bohemiam aduersus Hussitas, qui sub *Zisca* Duce (*c*) templa pariter & monasteria diripiebant. Adornatae copiae, tantique belli aerarium (*d*) inter alias urbes Erfordiae creditum est. Aliquot annis continuata bella, sed inualuerat secta, cumque hac flagitia, tumultus, & quidlibet agendi libido. Metuit Senatus numerosae plebi, ne hac mania corriperetur, & erat † proxima haec pestis in Bohemia, iamque in uicinia praedas hostes egerant, ideo Archiepiscopum precatur, ciuitati suae (*e*) contra haereticos opem ferret.

Edit. I

Decernitur bellum in Hussitas.

Aerarium belli Erford. creditur.

Moguntinum de protectione urbis monet.

† pag. 131

* *Anno* MCCCCXX. (*a*) *Serarius* in *Conrado III.*
(*b*) *Documenta Archiui.* * *Anno* MCCCCXXVII.
(*c*) *Chronicon* Cariouis & alia. (*d*) *Documenta & acta desuper adsunt.*
(*e*) *Extat supplica in Archiuo.*

Erfordia rebus secundis enfoleſcit.

Vrbis opes longa pace feliciter creuerant, & cum iis potentia, eoque deuentum erat, ut & uires suas Erfordia resciret, & timeret Moguntia, nec illa cum ueteri demissione obsequia, sed superbius praestaret. Auxit huic animum, illi timorem foedus, quod cum *Erico* Brunswicensium Duce ciuitas superioribus annis pepigerat. (*a*) Dux quandocunque petenti quinquaginta cataphractos, urbs uicissim in singulos annos trecentos aureos promisit, sique Ducem ipsum peteret, centum aurei insuper soluerentur. Elector *Conradus* defectionem metuens foedus cum *Friderico* (*b*) Electore Saxoniae, eiusque fratribus pacisciturt, illis contra quosuis hostes auxilia promittit, sibi uicissim opem contra Erfordiam, si Moguntinae sedis iussa detrectaret, stipulatur. Ingens obex urbis licentiae positus uidebatur, sed & illa munimentis sibi consuluit, (*c*) ualla, muros & fossas, de quibus dicam, maximis sumptibus duxit.

Suspecta foedera init.

Foedus Moguntini cum Landgrauiis ad compescendam Erfordiam.

* MCCCCXXIX. * Interim cum arcibus, quas Principes & urbes, nostra praesertim Erfordia uicissim diruerat, ipsi praedones † extirpati credebantur: sed nouo dolo facinus continuatum est. Cum enim receptacula humi iacerent, nec etiam tuta satis aduersus uindictam esse condigni exitus docuissent, praedones hinc inde errando in continua fuga impunitatem facinoris quaesiuerunt. Inter alios *Nicolaus Talman* (*d*) cum delicti sociis frequentes praedas in uicinia ciuitatis egit, cum quibus incertum, incertum quo, celeriter aufugit, iisque distractis, ubi minimum crederetur, ad idem facinus rediit. Auxit laesorum iram elusa uindictae cupido. Tandem constantes insidiae passim struuntur, in quas praedones assuetudine delicti iam minus cauti incidunt, sicque a ciuibus capti poenam capitis subeunt.

† pag. 132

Erfordia molestatur a praedonibus.

(*a*) *Extat Instrumentum foederis in Archiuo Erfurtensi.*
(*b*) *Extat Instrumentum foederis.* (*c*) MS. Chron. Erfurt.
(*d*) Dicta Chronica *h. a.*

Egram obsidione liberat.

* *Egra* urbs haereticorum furori propior, acriter ab iis oppugnabatur. Maluit Erfordia ad aliena moenia hosti occurrere, quam expectare in suis, commeatum, arma, & pecunias obsessae urbi submisit. Vnitis hisce uiribus impares Hussitae re infecta obsidionem soluerunt. Tanti beneficium hoc *Sigismundus* Caesar habuit, ut Erfordiae per literas grates ageret. (*a*)

* *Anno* MCCCCXXX. (*a*) *Extant in Archiuo.*

Erfurtenses suam urbem muniunt.

XXII Erfurtensibus hac molestia liberatis, foedus Moguntino-Saxonicum continuo oberrabat, ut praesidium ciuitati quaererent. Muniendam ualidius urbem Senatus concludebat. † (*a*) Prope aulam Moguntinam a radicibus Petrini montis per Brületum Carthusiam uersus pomoerium duplici muro & fossis armatum est, cum iam ante, scilicet anno huius saeculi decimo octauo, (*b*) spatiosae rotunditatis turrim cum

† pag. 133

ICON C

Edit. I icone *S. Martini* ad defensionem portae interioris Brületensis extruxissent. Gratuita liberalitate multas pecunias (*c*) Clerus in haec publicae securitatis munimenta contulit. Carthusiani, ut & illi defenderentur, fossam illam, quae a ponte, quem Gerae lacuna transfluit, ad monasterium usque porrigitur, propriis sumptibus muro utrimque uestierunt. Hinc illam ad usum piscationis perpetuum Senatus una cum turribus concessit. Ab altera parte uersus portam *S. Andreae* munitio continuata, celerique labore ad portam tutelae *S. Mauritii* inscriptam, & ipsam Krempferianam perfecta est. Foederibus insuper sibi prospexit, iniitque cum *Ludouico* (*d*) Hassiae Landgrauio ad tres annos, utque certior esset de ope ciuitas, in singulos annos centum Rhenanos aureos numerauit, similiter Ducem *Henricum* Brunswicensem (*e*) hoc tempore sibi ligauit, cuius auxilia promissis centum triginta talentis † sibi stipulata est.

Clerus ad munimentorum impensas liberaliter confert, nec non Carthusiani similiter.

Foedus iniit Erfordia cum Hassiae Land. grav. item cum Brunsu.

† pag. 134

(*a*) *Anonymi* Chron. Erfurt. MS. (*b*) *Ipsa inscriptio lapidi incisa eum annum refert.*
(*c*) Dictum Chron. MS. (*d*) *Extat documentum foederis in Archiuo.*
(*e*) *Similiter documentum extat.*

* *Dietherus* Comes *de* Isenburg, cuius fatum infra narrabimus, literarum studiis operam hic nauans, hoc anno Academiae Rector praefuit, ac specimen dedit se dignum esse, qui olim imperaret. * Aedes *S. Wipperto* sacra in latissimum fornicem sine pilis exsurgens erigitur (*a*). *Saxonum ministri Marianam ecclesiam in libertate, & dominio pagi *Rudelstat* turbauerant. (*b*) Querelae ad *Fridericum* Electorem, & Landgrauium deferuntur. Ille, cum antiquissimus titulus, & maiorum consensus probaretur, non modo iura Capituli, & possessionem confirmat, sed & reliquos Mariani Cleri per Saxoniam, & Thuringiam census se protecturum spondet, Clerus uicissim Saxonicae Domus incolumitatem Numini commendaret, ac annue bis pro defunctis eiusdem sacra feralia perageret. Ista in hodiernum diem cum praescriptis solennitatibus celebrantur.

Dietherus *Academiae Erf. Rector.*

Templum S. Wipperti erigitur.

Clerus ratione Rudelst. *turbatur.*

Saxo iura Cleri confirmat.

* *Anno* MCCCCXXIV.
* *Anno* MCCCCXXV. (*a*) *Structura in quadrato lapide exterius annum refert.*
* *Anno* MCCCCXXIX. (*b*) *Documenta Archiui Mariani.*

XXIII * *Theodoricus* extincto *Conrado* suffectus Erfordiam die *S. Dionysii* (*a*) splendidissime ingreditur. Occursum ei a ciuibus, & omni multitudine, atque cum subiectionis professione homagium praestitum est. Senatus in templo Seueriano, ciues in coemeterio iurarunt. Non in aula † sua, sed in monasterio *S. Petri* diuertit. Vltimus ille per duo saecula habitus, cui haec felicitas contigerit; quippe fatali dissidio ciuili, & subsecuta mox defectione urbis, omnis aditus ad pristinam potestatem intercluſus uidebatur, praesertim postquam *Albertus*, quo maiorem sperari posse nemo credidit, introitum frustra tentasset. Verum cuius Herois uirtutibus inclinatum sit hoc fatum, & quomodo post ducentos uiginti quatuor annos, *Ioannes Philippus* Elector, restituta Sedi ciuitate homagium acceperit, felicis eius temporis historia narrabit. * Idem *Theodoricus* (*b*) in monasterio *D. Petri* disciplinam restituit, atque reformationis Bursfeldensis regulas introduxit. Diu restitit *Hartungus* Abbas, & integro quinquennio laudabile propositum frustrauit, sed urgentibus negotium Moguntini Officialibus, praesertim compellente Vicedomino *Hennone* ab *Allenblumen*, tandem in Reinhartsbrunnense monasterium secessit, ipsumque coenobium disciplinam subiit. Suscepit gubernacula *Christianus*, Bursfeldiae professus, ast uiuente *Hartungo* a nomine Abbatis & pedo abstinuit, ne sub praetextu reformationis, ut solet, honores ambiisse uideretur. Hic *Christianus* in monasterio profundissimae capacitatis puteum desperato ausu effodit. * Literarum Vniuersitati Collegium Iuristarum † Marianum *Henricus* de *Gerbstet* Decretalium Doctor erexit. (*c*) Fuit ille patria Ascaniensis, atque

Theodoricus *Elector urbem ingreditur & homagium suscipit.*

† pag. 135

Archiep. secundum Vniuersitatem Bursfeldensem Petrenses reformat.

Puteus in monte S. Petri effoditur.

† pag. 136

Collegium Iur. Marianum erigitur.

atque hic dignitates ecclesiasticas, & ipsam praeposituram ecclesiae *B. M. Virginis* obtinuit. Prodigus in pias causas, praeter alia multa Collegium hoc reditibus ditauit, pius etiam in patriam, quam stipendiorum aliquot patronam pro indigenis uoluit. Edit. I

* *Anno* MCCCCXL. (*a*) MS. Petrense *hoc anno.*
* *Anno* MCCCCXLVI. (*b*) *Dictum* Chronicon Petrense.
* *Anno* MCCCCXLVIII.

Anonymus lib. II *de memorabilibus Erfurtensibus* cap. VI § 8 adnot. f p. 294; Lonеysen *in* Catalogo Rectorum & Gudenus, *quod ad annum, inter se discrepare uidentur.*

(*c*) *Testatur hoc fundationis Instrumentum.*

Ingens dissidium inter fratres Duces Saxoniae.

XXIV Quietem urbis uiciniae tumultus interrupit: (*a*) Saxoniae Principes & fratres, *Fridericus* Elector, & Dux *Wilhelmus* acerrimis aemulationibus agitabantur. Quod inter hostes crudele, fratrum irae parum uidebatur. Ipsa ciuitas ob incendium tam uicinum sibi timens (*b*) ab Electore *Theodorico* auxilia rogat, utque urbem suam tutaretur, admonet. *Sigismundus* Comes in Gleichen Ducem *Wilhelmum* secutus, hinc ciuitati grauis, sed ciues alacribus armis eum reprimunt, ipsiusque & agnati *Adolfi* agros tamdiu infestant, usquedum pacis leges rogaret. Litem inter fratres incauti Officiales excitarant, ignari, quod magnatum odia demum illorum sanguine placentur, qui ea incenderunt. *Wilhelmus* Bohemos emerat, hi ut miles externus solet, plus in praedas quam hostem intenti, in pagos Erfurtensium excurrunt, & hospitationibus uiolentis † misere deuastant. * Moguntinus Elector periculum † pag. 137
& momentum rei Caesari ostendit; hic per Legatos fratres aemulos Erfurtum citat, ac ad pacem minis, & blanditiis hortatur. Idem Archiepiscopus facit: hostem iudicandum, qui pacis leges detrectaret. Fratres auctoritate Caesaris, minis, ac uicinorum precibus superati, Naumburgi diem indicunt, inita ibi pax, & duo *Wilhelmi* Officiales, *Apelius* Vicedominus, & *Bussenius*, qui fratres colliserant, rei malorum iudicati exilio mulctantur. Sed illi sui Ducis arma, & fortalitia in manibus habebant, ut difficilis esset sententiae executio. Arces magno conamine expugnantur; *Wassenburgum* supererat natura loci, & muris expugnatu difficile. Negotium uidebatur Erfurtensium uirtuti debitum, & erant hi promptiores, quod eorum ager frequens damnum per excursiones ex arce acciperet. * * Armatur exercitus, ac sub tubarum, & tympanorum sonitu *Wassenburgum* clauditur: (*c*) impar omnis conatus in tantos apices, & praecipitia: igitur per cuniculos ad sexcentos pedes munimento subtus insidiantur: effosso subterraneo aditu in area erumpunt, ac obstupefactos insolentia rei, quod antipodes in exitium uenire crederent, obruunt. Omnes diuitias, auctas spoliis, huic arci rebelles crediderant; ingens ille thesaurus expugnantibus † cessit, ipsa arx Duci restituta. † pag. 138

Moguntinus pacem inter fratres promouet.

Vicedomini proscripti, Principibus resistunt.

In arce Wassenb. ab Erfurtensibus oppugnantur.

(*a*) Chronica Thuringiae *omnia.* (*b*) *Supersunt litterae.*
* *Anno* MCCCCL. ** *Anno* MCCCCLI.
(*c*) MS. Chronica Petrensia.

Clerus Marianus Rudelstadium *Senatui sub certis legibus uendit.*

* Ecclesiae Marianae Clerus pagum *Rudelstat* olim, ut dixi, (*a*) emptum, Senatui acceptis ducentis quatuordecim aureis oppignorat, (*b*) seu ut stilus iste fuit, pacta redimendi facultate uendit: census extra conuentionem essent; iurisdictionem solum cum fructibus haberet Ciuitas; exigeret operas; attamen non ultra solitum ruricolas grauaret. Pretium in reparationem templi conuersum, nam Marianae basilicae nauis uetustate corrosa uidebatur, & ruinam passim minari, imo laquеare iam deciderat. Casus fortunae imputatus, quod nondum collectis ad sacra hominibus ruisset. * Demoliti igitur parietes nouis lapidibus, & iis quadratis eriguntur, altissimos fornices rarae pilae, ac tenues sustentant. Paries meridionalis uersus ambitum de ueteri opere supereſt,

Marianum templum restauratur.

Edit. I supereſt, nouo multum impar. Attamen ualuae maiores, & introitus ſuper gradus antiquam magnificentiam, cuius reliquiae ſunt, abunde teſtantur. Quando uicinum huic Seuerianum fanum ſurrexerit, nec annales, nec in tota aede monumentum teſtatur, Mariano autem antiquius eſſe ſatis conſtat, ac forte cum huius choro exſtructum. *Seueriani templi exſtructio incerta.*

* *Anno* MCCCCLII. (*a*) *Supra ad an.* MCCCXXXII & MCCCCXXIX.
(*b*) *Documenta archiui Mariani.* * *Anno* MCCCCLVI.

XXV * Iudaeos per tumultum plebis conſumptos, & cenſus † pag. 139 ab iis Electorali fiſco † pendi ſolitos ciuitatem ſe ſoluturam conſtituiſſe alibi dictum. Haec a *Theodorico*, uellet urbem ſuam hoc onere ſubleuare, ſupplex petiit. (*a*) Remiſit Elector centum marcas argenti annuas, quae loco Iudaeorum uectigalis ſoluebantur, canon autem, quem de aedibus pependerant, etiam poſt hac praeſtaretur, Iudaei nunquam reciperentur. Defuncto hoc anno *Hennone* ab *Allenblumen*, qui Vicedominatum ad uitam emerat, is *Günthero Bocken* ſub iisdem legibus conceſſus eſt. * MCCCCLVIII. *Remiſit Elector Senatui cenſus, quos ratione Iudaeorum ſoluit.*

(*a*) *Acta & inſtrumenta publica.*

XXVI Ipſa Erfordia paulo poſt grauiori ſolicitudine angebatur: Poſt mortem *Theodorici* de Moguntina Sede duo aemuli *Adolfus*, & *Dietherus*, (*a*) ille Naſſouius, hic Iſenburgicus Comites, profana ſolicitudine pugnabant, dumque alii hunc, alii illum ſequerentur, patuit latus utriusque. Ipſae urbes Moguntia & Erfordia (*b*) primum *Diethero* adhaeſerunt, ſed *illa ex improuiſo oppreſſa, durum fatum experta eſt, priuilegiis publice in foro combuſtis: haec copias militares *Diethero* miſit, quibus in proelio ad Pfedersheim *Adolfi* exercitum fudit. At cum ſententia Pontificis deiectum eſſe *Dietherum* audiret, mutatis uelis *Adolfum* ſecuta eſt. Fuerat autem ille ſub *Theodorico* † pag. 140 Erfurtenſium † Prouiſor, ut eorum animos nouiſſe, fauoremque mercari facile potuerit. Caeſar *Adolfum* iuuit, *Fridericus* Palatinus tuendum & ſeruandum ſuſcepit *Dietherum*. Badenſis & Würtenbergenſis Duces concitati a Caeſare Palatinum depopulabantur, hinc magna bella. Pernicioſum interim Sedi fuit hoc ſchiſma, quod ei uigeſies centenis millibus aureorum conſtitit, datis paſſim in pretium fidei pignoribus, atque inde damni incrementum: nam cum ad proprietatis tutelam nullis uiciſſim ſatisdationibus debitores armati ſint, neque rei, ut creditores incumbant, facile rapiunt ii, quibus iura priuatis data, potentioribus ſufficere praetextus uidentur. Inter alia *Adolfus* arcem *Böckelnheim*, cum oppidis *Sobernheim*, *Monzingen*, ac reliquo diſtrictu *Ludouico* Bipontino, ſeruata redimendi facultate, pro quadraginta mille aureis in idem periculum tradidit, difficulter recuperandam, niſi Eminentiſſimi Electoris, *Lotharii Friderici* heroica uirtus, poſt duo ſaecula uiolentiae praeualebit. Stradam montanam *Dietherus Friderico* Electori Palatino, pro centum millibus aureis oppignorauerat, quae & ipſa modo poſt ſeſquiſaeculum, quaſi poſtliminio rediit. Intenti motibus his Saxones Erfurtenſibus ſuſpecti, quibus illud praeterea curae fuit, ne corriualium alter extremo deſperationis auſu ciuitatem Saxo- † pag. 141 nibus uenderet, mature igitur huic † licentiae repagulum quaeſiuerunt. Periculum ad Pontificem *Pium II* defertur; is *Diethero* infenſus; ergo ab eo fauor cauſae petendus erat; a multis iam ſaeculis urbem hanc Moguntinae Sedis filiam, & *S. Martino* ſubditam fuiſſe, nunc uero Sedem corriualium cupidine profanari, omnia periculis horrere: illud praecipue timendum, ne *Dietherus Adolfo* impar, deſperato conſilio urbem uicinis aut oppignoret aut uendat, id quod ſine irreparabili Sedis & urbis detrimento fieri non poſſit. Rogare ſe Pontificem, cum ligandi uim a Numine habeat, urbem Sedi indiſſolubiliter necteret. ** Annuit Papa ciuitatis precibus, & poſtquam multa in ciuium *Obtinet.* lau-

Schiſma Moguntinum inter Adolfum & Diethe-rum. *Erfordia cui adhaeſerit?*

Ingens damnum ex hoc ſchiſmate perpeſſa Moguntia.

Ciuitas Pontifici pro indiuiſibili nexu cum Moguntia ſupplicat.

laudem reſcripſiſſet, tandem in gratiam Sedis, ciuitatis, & incolarum, Edit. I
aeterno uinculo matri filiam ligat. *** *Adolfus* ut tractam in partes
ſuas Erfordiam uinciret, libertates integras, & illibatas fore promittit,
pacto de non petendo ſequelam, ſub ullius etiam priuilegii praetextu
adiecto. Sed nec Cathedralis Capituli nomen, nec auctoritatem habuit
iſta liberatio; ideoque ſucceſſores pactum fuiſſe perſonale extinctum
cum perſona dixere.

Adolfus priuilegia Erfordiae confirmat.

(*a*) Serarius *in utriusque uita.* (*b*) MS. Chron. Petrenſe.
* *Anno* MCCCCLXII. ** *Anno* MCCCCLXII.
*** *Anno* MCCCCLXIII.

Peſtis.

XXVII Saeua lues ingentem humano generi ſtragem intulit,
Erfordiae ſolum uiginti hominum millia peſtis abſumpſit. Triſtis de-
ſolatio, ſed quam breuis luctus ſequebatur, † nam alios hereditates, † pag. 142
alios nuptiae a maerore reuocabant. Elegans ambitus in Petrenſi mo-
naſterio extruitur, (*a*) ac dum lateris orientalis fundamenta eruerentur,
ſigillum magnum adinuentum eſt, (*b*) cum inſcriptione quam ſupra re-
tuli: *Henrici II* ſigillum hoc fuiſſe, uſitatus ipſi a Franciſcanorum fa-
milia *fratris* titulus & res geſtae ipſius aeuo comprobant, quo inuete-
ratis a diuturno imperii interuallo malis frequentes uiolentiae, & ra-
pina ignominiam non habebant. Coierant igitur in foedus boni,
(*c*) non mutuam ſolum defenſionem inuicem polliciti, ſed ex uoluntate
foederatorum publicis iudiciis in uiolatores pacis animaduerſum. Huic
Thuringiae paci praeſedit *Henricus*, Vicarium, Capitaneum, qui aſ-
ſederunt, *conſeruatores* appellauit, utque arbitraria fuerunt haec iudicia,
ſic mutationibus obnoxia, formam ſaepe & poteſtatem mutauere. *Adol-*
fus pulſo de Sede *Diethero*, priuilegiis amorem Erfordiae (*d*) prouo-
cabat, * ipſum adeo iudicium ad preces Senatus, & Cleri Mariani
alium in locum transferebat, cumque antea ſupra gradus prope tem-
plum, poſtea ſub fornicibus in foro ius dictum eſt, ** praeterea † Se- † pag. 143
natui nummos cudendi poteſtatem conceſſit, ita tamen, ut monetae lu-
crum inter Electorem & urbem diuideretur, ipſis rationibus officiales
Moguntini intereſſent. Lucrum illud *Schlegeſchatz* appellatum: ſcili-
cet Elector nummos cudebat, eiusdem cum ueteribus ualoris, non bo-
nitatis; hinc ingratos uenditoribus; ut autem iis commercia ſubderen-
tur, certae merces, hominum uſibus potiſſimum neceſſariae, nummis
iſtis emi debebant, ideoque Monetarius prope latiores gradus *B. M.*
Virginis, ad ſiniſtrum latus ſub fornice, uel cauea potius nummos
hoſce permutationi publice proponebat, non niſi ueteres nummos ui-
ciſſim acceptans. Regale hoc ciuibus graue, poſtea in telonium abiiſſe
uidetur, nec enim eius ueſtigia praeter caueam ſuperſunt.

Ambitus in monte S. Petri exſtructus & ſigillum pacis inuentum.

Adolfus multa Erfordiae indulget.

Schlegeſchatz.

(*a*) MS. Chron. Petrenſe. (*b*) *Vid. ſupra ad an.* 1287. *lib.* 1 *n.* 25.
(*c*) *Inſtrumenta deſuper partim Monaſterii producta ſunt, partim hodie in archiuis ſunt.* (*d*) *Documenta Archiui.*
* *Anno* MCCCCLXVII. ** *Anno* MCCCCLXVIII.

* MCCCC-LXXI.

XXVIII * Manifeſtata pulueris nitrati uiolentia, inuentisque
machinis aeneis, inualeſcenti magis arti munimenta urbis imparia ui-
debantur; igitur heroico auſu uallo cingere urbem aggreſſi ſunt, utque
haec ad alteram amplitudinem excreſceret, omnia ſuburbia compre-
henderunt. (*a*) Vallum ipſum latiſſima terrarum mole exſurgit, un-
doſa foſſa radices ambiente, ſuperius ubiuis propugnatoribus ac ma-
chinis bellicis ſpatioſam planitiem exhibet: per ſpatia turribus am-
pliſſimis defenditur, quas connectere muro, cui uallum ſimul † in- † pag. 144
cumberet, tunc coeptum, atque a monte *S. Petri* ad portam *S. An-*
dreae, *S. Ioannis*, & *Krempferianam* perfectum eſt, ſed ulterius re-
linquere poſterorum curae uoluerunt. Ipſa Carthuſia magnum per
hoc detrimentum paſſa, uallo eam paene mediam ſecante, ipſique in-
cubante periſtylio. * Munimenta a Coriariorum ad Schmitſtetenſem
portam

Perpetuo uallo urbs munitur.

* MCCCC-LXXII.

Edit. I portam anno ſeptuageſimo ſecundo erecta ſunt, turribus eum referentibus. Poſtea rariora munimenta exſurgunt, urbe miſerabili infortunio in coeptis impedita. Offenderat illa *Apelium* e familia *Vicedominorum* de *Danroda*, & complices. Occultis hi machinationibus Saxoniae principatum affectauerant: comperta fraude, ciuitas conſilium & uires Ducibus accommodarat, quibus rebelles, qui ad aliquam potentiam aſcenderant, perſequerentur, ut ſupra (*b*) narrauimus. *Apelius* (*c*) exul uindictae cupidus occaſionem diris omnibus urbem affligendi quaerit. Nunquam ſceleri miniſter deeſt, ſed hic ſe talis obtulit, quem uitae genus uirtuti deſtinauerat. Monachus ex coenobio *Portae* prope Naumburgum, excuſſa diſciplina, & cum hac pudore, licentiam hinc inde errando quaerebat. Vt ſcelerati nomen deteſtari poſſis,' *Theodoricus Burkardi* uocabatur. Hunc ad ſe uocat † pag. 145 *Apelius*, & allecto in uindictae † conſilium, praemia proponit, ſi flammis Erfordiam cremaret. Ille facinus ſpondet, ac urbem cum ſociis accedit; aliquot diebus aedes examinat, ubi gratius igni pabulum daret. Opificum, & mercatorum domus anguſtae, refertaeque iis, quae flammam nutriunt, idoneae facinori uiſae. Decimo nono Iunii manu ſceleſtiſſima domui prope mercatorum pontem ignem iniicit. Aeſtus erat, ſolisque calore ligneae ſcandulae, trabes, aſſeres, & columnae ſicciores ignem auidiſſime excipiebant. Sol ipſe e medio caelo arſit, ſicque hora prima poſt meridiem flamma erupit. Nondum a primo terrore ad defenſionem collecti ciues, & dictus pons una cum mercatorum domibus, tabernis, mercibus pretioſiſſimis, Sericis, aromatibus ab igne inuadebatur. Dum extremo conatu infuſis aquis extinguere flammam conarentur, alii duo ignes incendiarii dolo ſuppoſiti, alter in molendino ad ſignum corui, alter in platea pergamena prope forum raparum exortus. Maior urbis terror erat, quod frequentem flammam ſcelere animari certa ſuſpicio adeſſet; cuncta iam deſperata, ceſſumque ignium furori, qui omni ope celerior in plateam maiorem, pergamenam, arcam, pontem longum, forum raparum, & illud maius infra baſilicam, & inſulas, ac continentes uicinas debacchatus eſt. † pag. 146 Hactenus in homines ſaeuitum, nunc etiam ſcelus Numen † aggreditur; ipſe aer tot ignibus incaluerat, turres collegiatae eccleſiae *B. M. Virginis* in apicibus accenduntur, flammaque trabes inuadit, ardent tigna, quibus aduſtis campanae in fruſta decidunt, ipſam templi nauem ignis corripit, cadunt altaria, ruit dormitorium, & par clades fanum *S. Seueri* deiicit. Chori tamen utriusque eccleſiae perſtiterunt. Hinc in utrumque latus impetu peruagari incendium: domos Canonicorum inuadere, in edita aſſurgere, omnia Petrini montis, adusque ſacellum *S. Leonhardi* haurire, ſimul ab altera parte inferiora depopulari, nouam ciuitatem aggredi, nudare Geram, Comitum de Schwarzenburg, & Reinhartsbornenſis coenobii Curias in cineres deiicere. Mox uniuerſus hic ignis quaſi alata acies transmontana infeſtat. Sileo lamenta pauentium: alii ſibi, aliis alii fruſtra conſulebant, plures celeri malo circumuenti, quaeque tuta longinquitate credebantur, eodem caſu iacuerunt. Mox Schola Iuris arſit, & continua ſtrage Georgi-Vallenſis, ac Electoralis Curia ceciderunt. Vrbis moenia ſupererant, quae tandem uiolentiam eluſura ſperabantur. Sed non munimenta, non lapides, aut quid aliud morari poterat. Ipſae turres moenium ſuccenſae, uentoque citus ignis Bruletum ſuburbanum inuolabat, nec remittebat niſi cum alimento flamma, finisque incendii in extremi aedificii cineribus † factus eſt. Prima omnium cura, quis incendiarius? fuit. Sta- † pag. 147 timque fama ſceleris executorem publicauit. Fuga indicium addidit; ergo miſſis per omnes uias nuntiis, pili, color, membra, ueſtes, quibus noſceretur, deſcripta. Tandem in Saxonia deprehenſus, & in uinculis deditus eſt. Ingens hominum multitudo, dum adduceretur, confluxit, mouitque aſpectus iram ciuium: obruiſſent lapidibus ſcelestum,

Ingens incendium dolo cauſatum.

Pluribus in locis flamma erumpit.

Potiſſima urbis & collegiatae Eccleſiae deuruntur.

In Monachum incendiarium inquiritur.

Deprehenſus in Saxonia ducitur Erfordiam.

ſtum, niſi a ſatellitibus, ut atrociori leto ſeruaretur, fuiſſet defenſus. Edit. I
Aſt Sacerdotium etiam in nebulone ſanctum uidebatur; hinc Moguntiam ad Archiepiſcopum omnia ſcribuntur: ille Sacerdotem occidi poſſe, niſi prius degradatum, negat, ſuo tamen Suffraganeo, Epiſcopo Halberſtadienſi, negotium ſe mandaturum, ut ſolenni ritu incendiarium profanet, atque iudicibus tradat. Ille uocatus ſumptibus ciuitatis adeſt, & una cum eo Merſeburgenſis & Naumburgenſis Epiſcopi. Erigitur theatrum in foro, ibique reus Epiſcopis, ſacris indutus ueſtibus, inque manu calicem cum patena, & azymo quaſi ſacrificaturus, geſtans, ſiſtitur. Illi apparatum, quem dixi, adimunt, deinde extremos digitorum articulos, quibus ſacroſanctam hoſtiam attigerat, inſuper ſacerdotalem coronam lamina uitrea abradunt, ac ne poſt hac conſecret, inhibent, detrahunt ordinis togam, & ſic Clericali cingulo ſpoliatum
Supplicium incendiarii. Electorali iudicio cum ſolitis † interceſſionibus tradunt. Illud igne † pag. 142
cremandum eſſe, qui fortunas aliorum flamma ſubuertit, iudicabat, ſed non ſimplicem poenam atrociſſimo ſceleri ſufficere. Igitur a lictoribus raptus, in foro maiore infra baſilicam palo alligatur, nudataque latera forcipibus candentibus lacerantur. Atrox ſpectaculum, ſed quod apud neminem miſericordiam inuenit, nec penes reum poenitentiam. Lictor miſere dilaceratum, & aduſtum, an non de ingenti facinore, de ruinis domorum & duarum praecipue Collegiatarum eccleſiarum doleret? interrogat; ille circumſpiciens Monaſterium *S. Petri*
Deſperatio rei. nutu monſtrat, integritatem ejus eſſe, quam doleat, cetera nihil; dummodo illud in cineribus uideret, in ſuos ſe deinde libenter abiturum. Poſtquam uigeſies & ſemel forcipibus laceratus, in carpento extra urbem tractus, ac ſemianimis rogo iniectus in puluerem uſtus eſt.
In correos ſimiliter animaduertitur. Sex correi & delicti complices igne cremati, duos fuga rogo ſubduxit. Paſſim rupturae lapidum in aedificiis & muris iſtam ignis rabiem hodie poſt duo ſaecula teſtantur. * Totum Imperium & ipſe Caeſar ad commiſerationem motus, priuilegium nundinarum afflictae urbi conceſſit, ut facilius ex clade emergeret.

(a) MS. Chronica Erfurtenſia. (b) *Ad an.* 1418. *& ſeq.*
(c) MS. Chron. Erfurt. * *Anno* MCCCLXXIII.

In Carolum Burgundum Erfordia Moguntinum ſequitur. XXIX Nihil animi perdidit Erfordia. In *Carolum* Burgundum, qui audaci pugnacitate Imperium terruerat, bellum decernitur. † Mo- † pag. 149
guntinus *(a)* urbi ſuae arma indicit, aut ſi decem millibus aureorum redimere ſequelam hac uice mallet, aliunde ſe copias integraturum.
Redimere ſequelam renuunt. Erfurtenſes non ſe peris, ſed manibus pro ſecuritate Imperii, pro Matris honore pugnaturos reſpondent. Abſit maiorum gloriam empto otio foedarent. Miſſos ſub Capitaneo trecentos quinquaginta ſelectiſſimos e ciuibus multo apparatu, ſed hoc uno mandato inſtruunt, ne quid fortitudini maiorum indecens admitterent. Senatus domi de ſubminiſtrandis ſumptibus, ipſi foris de gloria ciuitatis ſolliciti eſſent. Pergunt graui pompa Moguntiam, tamque liberaliter, ut regiis prouentibus crederes, uiuunt.
Liberalitas & fortitudo Erfurtenſium. Ventum in caſtra Noueſium, ubi primo omnium tentoria uario commeatu replent, potus in omni genere uini, eſculenta delicatiora erant, quam ut caſtris conuenirent. Nunquam ſine conuiuis coena. Sed non minor fortitudo, quam luxus, illam *Adolfi* Electoris praeſentia animante. Vbi laceſſendus hoſtis, nulla pericula formidabant. Felices ſucceſſus gloriam auxerunt. Reuerſis a ſtrage hoſtium exercitus Caeſareus applauſit: *Fidelis Moguntinae Sedis Filia tropaeum, & honorem denuo reportaſti!* † Fama rerum egregie geſtarum ciuitati gratiſſima accidit, laudibus obnoxiae, focos oppignoraſſet, ne quid pro honore urbis pugnantibus deeſſet. † Quater centenis milli- † pag. 150
bus florenorum expeditio conſtitiſſe dicitur, quae decem millibus redimi potuiſſet. Contraxit morbum iisdem in caſtris *Adolfus*, *(b)* uectusque
* MCCCC-LXXV. Eltuillam extinctus eſt. * Vt redintegraretur Electoratus, *Dietherus* iterum

Edit. I iterum eligitur. Necdum prodigae dispensationis finis erat. Ludi catapultarii † publice indicuntur. (c) Dies *S. Iacobi* huic festiuitati sacratur. Veniunt hospites *Wilhelmus* Saxoniae Dux Vinariensis, *Henricus* Comes de Schwarzenburg una cum filiis, & *Ernestus* Comes de Gleichen. Ciuitates etiam uariae per legatos aderant. Non catapultis solum, & telis de brauiis, sed aliquot septimanis omni festiuitatum genere lusum est. Praecipue noua tunc, nec antea uisa olla fortunae a Senatu proposita uarios affectus pro uarietate sortis prouocauit. *Ludi catapultarii.*

(a) MS. Chronicon Erfurtense.

† *Anonymus* lib. I cap. VIII § III p. 58; Gudenus *refert, milites Caesarianos Erfurtensibus his uerbis applausisse*: Fidelis Moguntinae Sedis filia tropaeum & honorem denuo reportasti. *Atenim, primo uerba*, Moguntinae Sedis, *artificiosa metaphrasi infarcit. In nullo enim ueteri chronico inueniuntur; quippe in quibus solum est*: Fidelis filia Erfordia, nunquam ab officii religione declinasti (Du getreue Tochter Erfurt, hast nie vvider pflicht gethan) *Dein, quae sequutae sunt, circumstantias penitus omittit.*

(b) Serarius *in* Adolfo II.

† Vernacula ein *Schutzen-schiessen*, ut auctor *anonymus* modo dictus lib. II cap. IV § III e ueteri quodam chronico manuscripto notat, simulque monet, *Gudenum* ludos hos strictim tantum enarrare.

(c) MS. Chronicon Erfurtense.



HISTO-

Edit. I

HISTORIAE ERFVRTENSIS

LIBER III.

Felicitas Erfordiae se inclinat imperantium culpa.

MVlta hactenus pro libertate reip. amplianda, nec pauca cum Moguntinae Sedis iniuria peracta sunt; ast iam illi, qui occupatae ciuitatis uires ad se traxerant, ueram libertatem ignorantes, consiliis malesanis florentissimam urbem deiiciunt. Haec sunt tempora, quibus casum suum, & concatenata mala imputare Erfordia possit. Extincto *Adolfo Dietherum* in Archiepiscopatu

Dietherus Adolfo *infestus, Caesari ingratus.*

suffectum retuli, sed quem *Fridericus* Caesar, ipsius summi Pontificis, Electorum, & Principum intercessionibus spretis, (*a*) inuestire de regalibus Electoriis renuit. Hoc turbidum erat, in quo cum piscari uellet Erfordia, uiperam extraxit. Caesaris partes amplecti necessarium uidebatur, si Moguntiam excutere uellet, non tamen initio aperte res acta.

In turbidis Moguntiae rebus piscari uult Erfordia.

* Sed cum *Fridericus* Erfurtensibus suppetias militares indiceret, illi *Dietherum* compellant. (*b*) Inaudita haec † iussa Caesaris esse, praeclaram saepe, at sub Moguntiae uexillis, nunquam seorsim operam se suam Imperio nauasse, separari a Sede Erfordiam nec posse, nec uelle. Curaret *Dietherus*, ut ab innouationibus Caesar abstineat. Archiepiscopus aequa urbis postulata agnoscit, subditam esse ciuitatem, & iuramento Sedi adstrictam, proinde ab ea non distrahendam, horum allegatione se Caesari satisfacturum. Non latuerat *Fridericum*, Erfordiam Moguntini Electoratus urbem esse, uerum aemulationem *Dietheri* conatus ille spectabat, maluitque postea Caesar haec arma ciuitati remittere, quam desuper salutare *Dietherum*. Nihil iste non molitus, quo hunc affligeret. *Henricum* (*c*) iuniorem Comitem de Schwarzenburg, & Saxoniae Principes instigat. * Ille superiorem Eichsfeldiam, *Heiligenstadium*, & arcem *Rustenberg*, hi inferiorem, & in ea *Dudersstadium* occupant. Ciuitas est Eichsfeldiae praecipua, licet antiquitas & Regiminis sedes metropolis titulum Hagiopoli dederit. Nomen a *Dudone*, qui Comes & conditor perhibetur, habet. Vicinae plagae commercia, & gleba pinguior, rerum sufficientiam adiicit: non ibi curiosa supellex, non luxus, sed germana integritas, spretae uoluptates, inopiam & mille mala proscripserunt. † Ciues ex hordeo, tritico & lupulo cereuisiam coquunt, istius regionis optimam, ea omnem uiciniam maiore cum prouentu instruunt, quod aquae, uel aeris beneficio, ex modica polenta magnam zythi copiam braxent. Incolae ad res suas admodum attenti, moribus & lingua a superiori Eichsfeldia discrepant, ac magis ad mercaturam & Brunswicensem genium accedunt, nisi quod, ut solet, peregrinatio in aliis mores flectat.

Caesar Fridericus *Comites & Principes in Moguntinum incitat.*

† pag. 152

† pag. 153

(*a*) Serarius *in uita* Dietheri. * *Anno* MCCCCLXXVIII.
(*b*) *Extant litterae in Archiuo.* (*c*) MS. Chronicon Erfurtense, Riuander, & alii *in* Chronicis Thuringiae *hoc & sequenti anno.*
* *Anno* MCCCCLXXIX.

II Ad ista inter spem & metum haerebat Erfordia, tutior, quod & ipsa *Dietheri* aemula esset. Continuo eam Caesar ab illius obedientia retrahebat, nec Electoris titulo dignabatur, sed *Dietherum* de *Isenburg* appellabat. Ciuitas captandam occasionem rata, parituram se Caesaris mandato respondet, (*a*) uerum sine legibus & iudiciis ciuilem societatem non duraturam. Igitur Senatui iura Sedis indulgenda. Personam *Dietheri*, non Moguntiam ira *Friderici* persequebatur; sic ergo annuit Caesar, ut ille quidem, non Sedes pati uideretur: fauor Archiepiscopatus praetenditur, administratio regalium & Electoralis Iurisdictionis in & extra urbem Senatui defertur, ut iurium horum uiuo

Erfordiam ab obedientia Sedis auocat. Ciuitatis responsum.

Iura Moguntina deferuntur Senatui, quoad uiuet Dietherus.

Diethe-

Edit. I *Diethero* sequester esset. Eo autem uel Caesari conciliato, uel mortuo, futuro Archiepiscopo de Electoralibus eminentiis inuestito, cum
† pag. 154 fructibus perceptis † restitueret.

(a) *Super his omnibus documenta in Archiuis supersunt.*

Senatus abutitur Sequestro.

Frenum equo feroci creditum. Inescata ciuitas imperii deliciis omnia ex libidine agere, Moguntinos Officiales persequi, iura Sedis, monumenta, acta sibi uendicare. * *Dietherus* ad hanc ciuitatis insolentiam ex iusto maerore dolebat, & acrius affligebatur, quod malo remedium deesset. Inimicus Caesar, Saxones inuidi, horum fauore matrem filia impune repudiabat. Elector cum aliter non posset, duplici scripto Moguntiae superioritatem publice uendicat, (a) ac postquam discrimen cum Caesare, suamque innocentiam, simul, quod iis se ciuitas immiscuerit, querelas attulisset, Erfurtum in dominio, & proprietate Sedis, eiusque patroni *S. Martini* a multis iam saeculis fuisse demonstrat, superioritatem in Erfordiam, iurisdictionem cum omni effectu Archiepiscopo Electori competere: nil se quidem de libertatibus, & priuilegiis, quibus ciues a Sede gaudent, diminutum, sed potius confirmata uelle. Erfurtenses a superioritate Moguntina urbis libertatem extingui credentes, uicissim calamum stringunt, & affixis ad Caesarem, Electores, Principes literis ciuitatem suam nobile Sedis Moguntinae membrum fatentur; ast omnimodam superioritatem Electori negant.
† pag. 155 Eximia quaedam iura Senatum independenter a † Moguntia habere, partim accepta a Caesaribus, aliis ab urbis natali huc deriuatis. Longam deinde seriem eorum subnectunt: retineret praerogatiuas suas Elector, sed & ciuitati suas relinqueret, separatas pactis, consuetudine, immo locis.

Elector duplici scripto causam suam tuetur.

Respondent Erfurtenses.

* *Anno* MCCCCLXXX.

(a) *Extat tam hoc scriptum, quam Erfurtensium ei oppositum, utrumque typis uulgatum.*

Elector per legatum urbis obedientiam sollicitat. Legati Oratio.

Elector ne quid in concordiae fauorem omisisse uideretur, fratrem suum, (a) qui de antiquissima subiectione Senatum moneret, ablegat. Conuentus in monasterio *S. Petri* instituitur, hortatur legatus, *ne desertis maiorum institutis a felicitate illorum deuiaret. Fortunam in obsequiis habuisse Erfordiam, quamdiu Moguntiam suspexerit. Vanum esse, libertati suae ab eo timere, a quo eadem fluxerit, nihil minus filiae, quam seruitutem Moguntiam intendere, eandem supereſſe matrem, quae dum filiam obsequentem amat, liberam uelit; licentiam esse, quam auersetur.* Ast cum haec, non ut publicum, ita priuatum cuiusuis bonum promouerent, frustra suadebantur, & Electoris frater infecta re discessit. Ciuitas ut seditionis notam diluceret, laedi se nouis *Dietheri* postulatis queritur, ac multis eum coram Cathedrali Collegio defert: molimina *Dietheri* non urbis tantum iniuriam, sed & ignominiam Capituli respicere, sine cuius assensu cum magni quid Archiepiscopus frustra agat, in his cum praecipuo Electoratus membro litibus, solo pertinaci genio ductore processisse: rogare se,
† pag. 156 uellet Capitulum, nobiles ac † urbes Electoratus Francofurti conuocare, his se iustitiam causae probaturam. Capitulum insolentis postulati iniquitatem exprobrat, de cetero Erfordiam ut pro potissimo Electoratus membro agnouerint maiores, sic se deinceps habiturum; at membrum imperia capitis expectare, non proprium affectare dominatum debere.

Erfurtenses reddere Electorem inuisum Cathedrali capitulo conantur.

(a) MS. Chronicon Petrense.

Dietherus Albertum Saxoniae Electoris filium coadiutorem assumit.

III Prudenti consilio *Dietherus* contra tot pericula Sedem Moguntinam *Alberto* fulciuit: erat is *Ernesti* Saxoniae Electoris filius, ecclesiae metropolitanae Canonicus, magnarum uirtutum & spei adolescens, annos natus septendecim. Hunc administratorem a *Sixto* Papa *IV*, consentiente Capitulo, impetrauit, eundem huic urbi Prouisorem, sicut & Eichsfeldiae nominauerat, Erfurtensibus multum reluctantibus, cum prius Vinariae in eum consensissent. Est illa dignitas

eadem cum Vicedominatu; sed cum hic sit humilior, quam ut hereditario Domino tribuere nomen ualeat, Cathedrales Domini summae rei Erfurtensis prouidere, quam agere uices dici maluerunt. Subsiderunt nonnihil Saxonum animi, & restituta quieti Eichsfeldia. Sed ingens hinc Erfordiae metus; auxit eum perperam actorum memoria, & profanati ad insolentiam sequestri. Administrationem hanc successionem spectare facile inferebat, nodosissimum autem oberrabat capistrum, si † Princeps Saxoniae rebus Moguntinis praeesset. Tempestiue de remediis deliberatum, ne pericula consiliis maiora fierent. Placuit ex pacis & belli artibus praesidia petere. Amplioribus munimentis urbem tutandam, ut non solum frequentissimum posset exercitum frustrare, sed, qui alter est munimentorum fructus, sola praeuisa difficili expugnatione, & grauibus taediis plena, conatum hostis absterreret, cum eo consuleret depopulationibus agrorum, incendiis & mille malis, quibus miles etiam inuicta urbe in innocentes saeuit. Insuper abolitionem anteactorum, & compositionem litium cum *Alberto* quaerendam.

Edit. I

† pag. 157

Ingratum id Erfurtensibus, & cur?

Ex pacis & belli artibus praesidia quaerunt.

Primo autem munimenta coepta, tum quod postea fortiores, leges pacis amplissimas sperarent, tum quod non sine controuersiis illa ipsa duci possent, sicque una conciliatione ueteres, & nouae sopirentur. Praecipuum urbi periculum e monte *S. Cyriaci* imminere uidebatur: etenim uallum a monte *S. Petri* fere ad radices istius excurrit. Primitus ualidiora munimenta contra illum erigenda placuit, sed quaecunque illa, humiliora iudicata sunt, quam ut propinquo monti resisterent. Testari urbis annales, uix hostem nisi ab illo monte eam oppugnasse, qui hodie periculosior, postquam inuentis in humani generis perniciem tormentis, subiecta propugnacula domare possit. Ergo praeueniendum hostem, † & inuincibili arce montem occupandum: praeualuit haec sententia. Melius creditur consuluissent, si a monte *S. Petri* continuo ad Carthusiam, secundum uetera urbis uestigia munitio ducta: sic enim minuta Brületo urbs adhuc amplissima, iusto spatio recessisset a monte, nec infensissimo democratiae (quam praeferebat Erfordia) castello indiguisset. Verum auarae capacitati nihil demere audebant.

Mons S. Cyriaci munimentis urbis periculosus. De eo consilia.

† pag. 158

SCtum de muniendo S. Cyriaci monte.

Difficultates.

Plures difficultates, & maiores, quam praeuiderant, huic negotio se obiecere. Prima in monialibus occurrit, (*a*) quarum coenobium, uillae, agri isto in monte fuerunt. Translocandae illae necessario, quod arx in loco monasterii exstruenda esset. Nulla uero spes desuper ab Archiepiscopo impetrandi licentiam supererat. Igitur *Sixtus IV* Pontifex, ablegato ad eum *Henningio Goedenio* (*b*) ICto, & Marianae ecclesiae Canonico, aditur: Esse ciuitatem hanc amplitudine opum, & potentia illustrem, ob hoc inuidiae multorum expositam, ut incolumitati suae munimenta ponere iubeant praesentia mala; ingentes in eam sumptus se, maioresque iam fecisse, dum uastissimam urbem per sesquimilliare Germanicum uallo, fossis, & † turribus cinxerint: incassum omnia, nisi mons *S. Cyriaci*, qui moenibus imminet, positis in eo munimentis hostibus adimatur. Sed esse in eo moniales *S. Benedicti*, quae prope basilicam *B. M. Virginis* in colle Seueriano quondam habitarint, ab *Adalberto* Archiepiscopo, (*c*) cum illum muniret, huc translatas. Istarum coenobium in arcem muniendam; id esse cuius licentiam a Sanctitate sua peterent. Citra illius iniuriam priuilegium fore: in ipsa urbe tutiori loco, magisque conuenienti monasterium aliud se Virginibus exstructuros. Pontifex nec Moguntino, nec aliis, quorum interesse poterat, auditis annuit Erfurtensium precibus; confestim hi, & inopinato munitores immittunt. Interim etiam Caesari supplicant. Non longis ibi allegatis opus, sed innuisse sat erat, in Moguntini aemulationem fieri. Igitur & is in *Cyriaciburgum* plenissime consentit, insuper se contra uiolatores protecturum spondet. Impetrata Pontificis & Caesaris permissione celeriter pergunt. Monialibus coenobium aliud ad

Prima fuit ipsum monasterium.

Pro eius translocatione Pontifici supplicant Erfurtenses.

† pag. 159

Pontifex annuit.

Caesar etiam consentit.

Munitio celeriter

radices

Edit. I radices Petrini montis, ubi Orientem ſpectat, erigitur, commodus erat ſitus, quod templum *S. Andreae* non procul eſſet, id quod fornicibus ſupra plateam iungunt, inque iis Virginibus chorum exornant. Caſtellum in figura quadrata munitur, undique denſiſſimis muris † ambientibus, quibus uerſus planitiem uallum incumbit, alibi procliuitate montis, & ſolo muro tutum. Vbi excurrit in angulos, ſolidiſſimae turres locantur, attamen duae illae quae latus uerſus urbem defendiſſent, coeptae quidem, ſed perfectae non ſunt, eo quod ibi a ciuitatis uallo propugnari ualeat, nec contra urbem, ſed hoſtem muniendum cenſuerint.

riter conficitur, Monialibus translatis.

† pag. 160

Deſcriptio noui Caſtelli S. Cyriaci.

(*a*) *Documenta hac de re in archiuis, Moguntino, Erfurtenſi, immo haud dubie in Pontificio & Caeſareo & Saxonico ſuperſunt.*
(*b*) *De hoc* Goedenio *plura infra in motibus ciuilibus. Epitaphium eius ex aurichalco fuſum extat in eccleſia Mariana.*
(*c*) *Supra lib.* 1 *n.* 10.

IV Munitionem hanc aegerrime tulerunt Moguntinus & Saxones; hi in aemulationem ſuae domus arcem erigi; ille iurisdictionem utramque laedi queritur: abactas moniales, extructum caſtellum, illud ſine Archiepiſcopo, hoc ſine Principis conſenſu fieri non debuiſſe. * Mox adfertur fama *Dietherum* dyſenteria extinctum. (*a*) Temperauit nuntii laetitiam, quod *Albertus* ſucceſſor eſſet. Actum uidebatur de Erfordiae licentia, patre in Saxonia, filio Moguntiae imperitante. Sed nihil tam neceſſarium, quod decurſus temporis non diriмat. Interim humilitate potentiores mitigant Erfurtenſes, & ambiunt Ducem *Wilhelmum* Vinarienſem, fraternis friguſculis *Erneſto* ſaepe contrarium, ſimul *Alberto* omne obſequium per legatos offerunt: multa hactenus contra ueterem neceſſitudinem inter filiam & matrem interceſſiſſe, nolle ſe defenſionem eorum ſuſcipere, ſed fateri, diſſidio inter *Caeſarem* & *Dietherum*, ſecutoque ſequeſtro † in Archiepiſcopatus iniuriam interdum ſe abuſos. Veniam mereri agnitionem erroris. Vellet Elector diem & locum indicere, ubi ſelectis Moguntiae & ciuitatis iuribus auitam fidelitatem ſponderent. *Albertus Amerbacum* ſuam urbem in ſilua Ottoniana ſitam nominat; adſunt Erfurtenſium Deputati. Elector *Bertholdum* Hennebergiae Comitem, Cathedralis eccleſiae Decanum mittit. * Feliciter omnis diſſenſio aboletur articulis concordiae in publicum inſtrumentum redactis. (*b*) Ciuitas Moguntinum pro uero Domino hereditario, Sedem pro donatrice ſuorum priuilegiorum agnoſcit, ſeque ſecundum pacta & conſuetudines obtemperaturam, liberum Electorali iudicio curſum, eccleſiaſticam, & Archiepiſcopalium Officialium immunitatem intactam fore promittit. Gera fluuius Electorali iurisdictioni immediate relinquitur. Lanariis, piſtoribus, & ceteris, ne ullibi, niſi in tabernis Electoralibus uenditent, mandatur. Viciſſim Elector priuilegium de non retentando ciuem in cauſis ciuilibus per Archiepiſcopatum, & alia gratioſiſſime concedit. Temeritatem uero muniti *Cyriaciburgi*, & quod *Diethero* inſultaſſet, mulcta quadragies mille florenorum ciuitas luit, eaque demolitionem redimit †.

Moguntinus & Saxones hoc munimento offenſi.

Dietherus moritur & ſuccedit Albertus.

Erfurtenſium ab hoc metus.

Deſinunt Albertum.

† pag. 161

Amerbaci tractatus indicuntur.

Concordata Alberti.

Erfurtenſes mulctantur.

* *An.* MCCCCLXXXII. (*a*) Serarius *in* Diethero & Alberto *Adminiſtrat.*
* *An.* MCCCCLXXXIII. (*b*) *Extat in archiuis.*

† Auctor *Anonymus* lib. I cap. X p. 115 & ſeq. notat auctorem, propterea quod heic dicat, Erfurtenſes temeritatem muniti Cyriaciburgi, & quod Diethero inſultaſſent, mulcta quadragies mille florenorum luiſſe. Sed neſcio, utrum iure. Confer, quae lib. V *Rerum Moguntiacarum* in uita *Adelberti* huius *III* adnotat. 1 & 4 ad § II *Serarii* commentatus ſum p. 795 & ſeq.

Dum haec ita Moguntiae & Amerbaci tractarentur, ſimul Vinariae † cum Saxonibus actum eſt. Occulte ibi aduerſus imperium, quod Amerbaci fatentur, ſe muniunt Erfurtenſes, fuſisque ingentibus pecuniae ſummis, & promiſſis mille quingentis aureis in ſingulos annos protectionem Saxonicam emunt. Pacta haec eodem die, quo Amerbaцenſia

† pag. 162

Occulte ſimul cum Saxon. agunt Erfurtenſes, ac protectionem Saxon. ſubeunt.

censia subscribuntur : idque astute : nam si istis prius roborata, temerarius ille protectionem alienam subeundi ausus omnem concordiam cum Moguntia praepediisset ; dilata uero protectio, postea reddita fuisset difficilior, Saxonibus alienos subditos, nouissime Domino conciliatos, in protectionem recipere non audentibus. Hac arte Moguntiam inter & Saxones inuidia resuscitata, dum hi praetendebant, quod illa negabat. Exceperant tamen Principes Pontificem Romanum, Caesarem, & Moguntinos Electores, quod contra illos ciuitatem protegere nollent. Haec uicissim auxilia Saxonibus promiserat, eosdem Mülhusiam & Northusiam a legibus foederis eximens. Aegerrime tulit hoc foedus Elector, ac passim de iniquitate rei conquestus : Ciuitas ut mitigaret culpam, legem hanc protectoriam non urbem (*a*) sed pagos solum ciuitatis respicere praetendit, qui extra eam hinc inde siti cuiusuis iniuriae paterent, hos aduersus uiolentiam protectione potentioris, & erga ipsos protectores sanctitate foederis muniri † debuisse. Nihil hisce apud *Albertum* agebatur, sed cuius praematura mors (*b*) omnia inuertit.

Edit. I

Moguntinus a legibus protectionis exceptus.

Aegre tractatus cum Saxonibus fert Moguntia.

Albertus moritur.

† pag. 163

(*a*) *Extant huius excusationis litterae.*
(*b*) Serarius *in* Alberto *Administratore.*

V Post hanc pristinos animos assumpsit Erfordia, necessitudine Saxonum, & Moguntiae cum *Alberto* extincta, & stabilita protectorio foedere inuidia. Nil *Bertholdo* successori de rerum agendarum peritia deerat, nouerantque iam technas Erfurtensium ab Amerbacensibus actis, quibus ab *Alberto* fuerat praefectus. * Cum ad collectas Imperii tertiam Electoratus quotam conferre nollent, ipse Caesarea sententia coegit. ** Senatus ciuibus grauis omnis generis onera adinuenit. Praecipue pani & potui uectigal indixit, nec in molendinis, nisi empta prius licentia, frumenta admittebantur. Prohibuit Archiepiscopi Sigillifer, ne Cleri molendina tesseras Senatus attenderent, sed cuicunque uenienti operam impertirentur. Petrensis (*a*) Abbas potissimum detrimenti passus, uectionem brasii longo tempore intermisit.

Successori Bertholdo *cum Erfurtens. lites.*

* *Anno* MCCCCLXXXVII. ** *Anno* MCCCC.XC.
(*a*) MS. Chronicon Petrense.

VI Supererant & cum Saxonibus tricae : nec enim hos minus Erfordia quam Moguntiam oderat, aut metuebat, hac iure illis potentia inuisis. * Igitur ut Saxones placaret, de controuersiis aliquibus sopiendis Vinariae conuentum est. Praecipua † lis (*a*) de re nummaria proponitur. Illi suam monetam ab urbicis repudiari queruntur, cum tamen commerciis & situ ita coniuncti sint, ut idem nummus, idem utrimque ualor esse debeat. Hi necessitatem communis rei nummariae fatentur, uerum non sua, sed monetalium culpa graue commerciis remedium eligi. Illos postquam nouae cuiusdam monetae nummi ex aerario in prouinciam, & regiones expositi sint, eorum ualorem cusis nouis minuere, non quod his plus addant argenti, sed aliis tantum commatibus signent, postquam in uulgus iuerint, eidem exauctorationi subiiciendos, sicque euenire necessario, ut cum minuta ista moneta primo omnium in urbe confluat, haec in istius abrogatione ingenti damno afficiatur. Id esse, cur ciues nummos in primo ualore acceptare formident. Conuentum igitur, ad rei nummariae consultationes ciuitas uocaretur, nec sine illius praescitu mutaretur ualor, uicissim nummi Saxonici in Erfordia boni & sancti essent.

Lites Erfordiae cum Saxonicis de re nummaria.

† pag. 164

* *Anno* MCCCCXCII. (*a*) *Conuentus huius Recessus in originali extat.*

Pergunt Saxones urbem delinire, utque maiestatem suam, & fortitudinem ostenderent, * ludos equestres (*a*) ac torneamenta sumptibus & pompa regali exhibent. Arena, ubi forum glastarium latissime patet, sternitur, atque contra spectatorum impetum tignis undique circumdatur, † per singula tamen latera in aditum aperta. Senatus uersus riuulum subdiales ambitus quatuor, ut alter altero esset altior, in longitu-

Ludi equestres habentur.

Descriptio arenae.

† pag. 165

Edit. I longitudinem centum pedum erexit. Superior Senatoribus, alter nobilibus urbis, & Principum, horumque Officialibus, duo humiliores ciuibus, & Ducum famulis deſtinabantur: Ipſum theatrum *Friderici* Electoris, eiusque fratris *Ioannis* nomina & arma exhibebat. Decem ſeptimanis huius circi magnificentiam labor aſſiduus perfecit. Sextus dies Iulii feſtiuus dicitur: pridie Saxones cum ducentis armatis aduenerunt, octodecim Comitibus, pluribusque nobilibus ſtipati. Ingens ornatus equos, arma, uiros decorabat. Altero die priusquam ludos inirent, Numini ſub Miſſae ſacrificio in aede *B. M. Virginis* deuotionem perſoluunt, ſumpto deinde prandio ad arenam, erectis lanceis, ordine decoro equitant. Senatus, ne ſecuritas urbis, congregato ad publicum gaudium populo, proditionis aut tumultus periculo exponeretur, plateas catenis, poſitis ad quamque uigilibus, occluſit, auxit etiam Cyriaciburgi praeſidium, uallorumque cuſtodias, turmas inſuper armatorum ciuium hinc inde in monaſteriis, & ubi uacua aedificiis ſpatia multitudinem caperent, diſpoſuit. Ad ipſum ſpectaculi locum Erfurtenſis Capitaneus cum octuaginta equitibus, & quingentis bipenniferis in prin-

Senatus in hoc concurſu pro ſecuritate publica cura.

† pag. 166 cipum honorem, & urbis tutelam † ſtetit. Principes, & Comites octodecim cataphracti pugnam haſtis praelongis incipiunt, ita ut ſinguli cum ſingulis duellarent. Mon tamen inter ſe Principes, ne uirtutis aemulatio in fratribus inuidiam gigneret. Vbi uel impetu fracta eſſet haſta, uel proximitate inutilis, acinaces nudantur, ſeque inuicem, ſub cataphractis tuti, excuſſiſſimis ictibus petunt: alter alterius ictum elidit, ſuum geminat, omnesque artes tentatae, quas tutela ſui, uel hoſtis offenſio docebat, extremo impetu ſe urgentes ab interuenientibus ſociis ſeparabantur. Inſignia pugnantium ex ordine ad arma Principum ſuſpenſa, poſtquam ita bini poſt binos ſeueriſſimi furoris imaginem exhibuiſſent, in duas phalanges ab inuicem ſecedunt, mox praecipitatis in curſum equis altera alteram inuolat, ac ſicut antea duellando, ita tunc turmatim certatum eſt. Solis radii nullis nubibus excepti ferreis thoracibus ardentius incumbebant, ut ſub cataphractis perſiſtere graue eſſet, praeter aeſtum, tot horarum impetu calorem augente. Seceſſum igitur ex arena, ac ſolennis pompae ordine, praemiſſis tubicinibus, & regalibus tympanis, ad hoſpitia reuerſi ſunt. Deponuntur loricae, atque nonnihil Principes quieſcunt, ſumpta poſtmodum coena curiam accedunt. Omnia ibi fidibus & cantu reſonant, ac ne quid uoluptatis deeſſet,

Ipſius pugnae deſcriptio.

Finitis ludis epulum & ſaltus in curia incheatur.

† pag. 167 filias ſuas & uxores, † forma commendatas, Senatores miſerant, cum iis Principes choreas ducunt, omni comitatu ſequente. Senatus domum ex aduerſa regione ad lupos, curiae ponte iunxerat, ibi hi ſaltus peracti. Interim in ipſa curia Principum ſumptibus epulum paratur: nihil uel quod augeret delicias, uel demulceret Erfurtenſium animos, omiſſum. Grauidus auro abacus, dapes omnis generis fructibus, & ſaccaro peregrinae regiones inſtruxerant. Ipſi Principes de maieſtate ſua, ad familiaritatis humilitatem deſcenderant. Continuata haec feſtiuitas aliquot diebus, donec praeuio urbis applauſu de re bene acta, Duces cum apparatu ad ſua diſcederent.

* *An. MCCCCXCVI.* (a) Anonym. MS. Chron. Erfurt.

* A nupero incendio templa denuo ſurrexerant, quibus de nouis campanis prouidendum, & quoniam ea, quae e turri *B. M. Virginis* uiolentia ignis in cineres fluxit, maiorem Germania non uiderat, collecto iterum aere noua prioris aemula, & quae famam eius continuaret, per Eccardum Kempenſem funditur. (a) Prodiit ingens aes campanum, ducentis ſeptuaginta quinque centenariis graue: mox per Archiepiſcopi Suffraganeum in Thuringia, Doctorem *de Laſphei* ſacratum; is, ne operi admirando ſpecioſum nomen deeſſet, *Maria glorioſa* benedixit.

* MCCCCXCVII.

Maior campana Maria glorioſa *funditur.*

(a) Anonym. Chron. Erfurt. MS.

VII Familiaritate Saxonum ausus ciuium in Moguntiam animati. Edit. I
Vt uero haec insolentiam † sisteret, diem indicit, quo recenter in con- † pag. 168
trouersiam tracta dirimerentur. Hinc *Concordata Bertholdi*, quibus
Concordata Bertholdi. iuramentum Senatus, & ciuium renouatur, *Cyriaciburgi* munitio ratihabetur, pluraque indulgentur, ut colligi facile possit, ciuitati foederibus, & uallis munitae multa conniueri debuisse; imperiales tamen collectas, quae tunc indicebantur, & quidem tertiam Archiepiscopatus
Iterum dissensiones. quotam libenter contulit. Ast mox iterum dissensiones: (*a*) Senatus in gratiam aerarii mensuram uini minuerat: Non tulit *Bertholdus* ciuibus suis nouum hoc onus imponi, seueriſſimis igitur mandatis abolitionem imperat. Senatus tandem, aegre licet, mensuram pristinam restituit,
Edictum Maximiliani. * *Maximilianus* Caesar, ut quadriceni subditi stipendiarium aduersus Turcam alerent, per Imperium edixerat; (*b*) Elector Senatui, numerum ciuium & subiectorum ederet, mandat. Ille propalare uires periculosam rem esse reponit, quam & urbs & Electoratus celare debeat.
Difficilis ad edendum subditorum numerum ciuitas. Si ciuium & subditorum numerus, ac per hunc reip. uires prodantur, cuilibet palam futurum, qua potentia euertere ciuitatem possit. Maiori formidine ignota oppugnari. Elector metum intermitti iubet; non propalari, quae Domino creduntur, silentii fidem sanctam fore; missurum se † copias Caesari sub Electoratus uexillis, nec illum, quot Erfordia, † pag. 169
Rhingauia, uel aliud Electoratus membrum sustentet, indagaturum. Acquiuit his ciuitas, & postulatis *Bertholdi* se submisit.

(*a*) Dicta Chronica & alia documenta publica. * *Anno MD.*
(*b*) Ordinatio Regiminis *an. MD, tit.* von Söldnern.

* MDI. * Profusior erat ciuitatis oeconomia, quam ut annui reditus expensis sufficerent. Mutuae hinc inde acceptae pecuniae, & cum iis
Nouas Senatus collectas imponit. usurarum onera. Nouis collectis ciues onerabantur, carnibus, uino, pani uectigalia indicta. Irritauit hoc Archiepiscopum, & subditos: hi nouum onus, ille superioritatem suam inuadi querebatur. Attamen Elector exoratus postea consensit. At non suffecit malo remedium, ideo in turbas & motus, quos dicam, erupit.

* MDVII. * *Georgius* Comes Hennebergius per annum in hac Vniuersitate literis incubuerat, (*a*) cum Academia Rectorem sibi praeficit: refero hunc, non quod solo isthoc illustri Rectore conspicua fuerit Vniuersitas; nam multos Principes, Comites, & Barones Rectorum catalogus recenset, sed quod *Spangenbergius* (*b*) ingenti falso carnificem eum fuisse, *Lutherum* allegans, asserat, & seminarit calumniam in eos, qui dicta ab aliis sine examine excipiunt. *Lutherus* sericarium fuisse textorem ait, pari calumnia †, quam & Vniuersitatis nostrae matricula, & Colonienſis † atque Argentoratensis cathedrales ecclesiae, quarum Comes † pag. 170
iste Canonicus fuit, refellunt: ipse *Spangenbergius* alibi hunc *Georgium* Comitem agnoscit.

(*a*) Catalogus Rectorum Vniuersitatis Erfurtensis *editus a* Dedekindo *anno* 1614 († Praefecit autem eum sibi V Kalend. Martii anno sesquimillesimo octauo, ut uerba *Catalogi* habent.)
(*b*) Spangenbergius *lib.* 5 Chron. Hennebergens. *cap.* 44.
Hoc de Rectore uideantur scripta ab Vniuersitate sub Apologiae & Defensionis *nomine uulgata.*

† *Iuncker* in programmate Isenaci an. MDCCVIII edito; *Quod si de ueritate rei gestae (in quam inquirendi quaedam hactenus quasi imposita nobis necessitas fuit, cum Historiam Hennebergici Principatus accuratiori fortassis studio, quam a* Spangenbergio, *ingenii sui figmentis nimium indulgente, factum est, pertractaremus) ferendum iudicium sit; uacare debet omni culpa* Lutherus, *uindicarique ab iniuria, qua notasse illum uisus est aliquando Nobiliss.* Ioh. Mauric. Gudenus (Histor. Erfurt. *p.* 169) *atque adeo turpitudo omnis & inuidia in corrupturem historiae uerborumque Lutheri,* Spangenbergium *recidit, non liberatis tamen ab inconsiderantiae crimine iis omnibus, qui in causſa isthac, moderante certamen* Spangenbergio, *cum laruis pugnarunt, more andabatarum: quorum quippe oculos mentemque poterant uerba* Lutheri, *si modo inspecta ab ipsis fuissent, misso* Spangenbergio, *caecam fidem sane non promerente, ab errore omni reddere immunes. Ita*

uero

Edit. I *uero differit* Lutherus (tom. VIII Ienensi, edit. 1568 f. 8 a) & edit. Altenburg. nouissimae tom. VIII f. 8) *atque his ipsis, non aliis uerbis*: Ach vver künd alle die exempel erzehlen, auch in leiblichen sachen, die taglich in der vvelt geschehen, da man betrogen vvird durch falsche briefe, vvorte, eide, bund, pflicht, u. s. f. Wie viel sind allein in ehelichen verlobnissen falle; da man muss falschen eyd zerreissen, mahlschatz und alles zu nicht machen? Ich muss ein lacherlich exempel sagen, vveil vvir so grob vvollen seyn. Es geschahe zu Erffurth, da ich ein junger Baccalaureus vvar (*notandum, quod* Lutherus *Erfordiam uenerit anno* 1501, Baccalaureus *artium ibi factus anno* 1502) kam dahin ein Graf von Henneberg, der sich prachtig hielt, also dass auch die Vniuersität ihn einen Rectorem vvehlet, vvie die vveise allezeit gevvesen, die Herren also zu ehren, liess sich Rector halten, und thät, vvas ein Rector thun soll. Nicht lange darnach mummelt sichs, es vväre kein Graf von Henneberg, sondern ein Seidensticker. Darauf verschvvand er auch bald, dann die kundschaft kam, es vväre kein Graf von Henneberg, sondern ein Seidensticker. Nun vvaren zu der zeit Theologen und Juristen, als *D. Henning Göde* (*qui obiit an.* 1522) und die treflichsten Leuthe, so in Teutschen landen berühmt vvaren, die doch allzumal den Seidensticker vor einen Grafen von Henneberg und ihren Rector hielten. Hie lass ich nun alle Juristen, ja alle vvelt richten, ob die Vniuersität, sonderlich vvir junge Studenten, die mit der Vniuersität gleichvvol ein corpus sind, so ihm, als einem Rector geschvvoren, schuldig sind gevvest, ihn vor einen Rector zu halten, und mit unserm eide ihm nachzulauffen, vvo er hinlieffe, ins hurhaus oder bubenhaus, da er gevvieslich auch hingelauffen ist; oder, ob vvir dem Grafen von Henneberg den eid halten müssen, vveil sie selbs von solchem Grafen von Henneberg nichts vvissen vvolten? Wem haben vvir denn geschvvoren? das ist leichtlich zu erachten. Wir haben dem rechten Rector geschvvoren; er sey jzt da, oder komme hernach. Ist er izt nicht da, oder ist ein falscher da, so haftet der eid nicht, bis der rechte Rector komme, und ist niemand meineidig, bis er übervvunden vverde, dass er dem rechten Rector nicht den eid gehalten habe. *Hucusque* Lutherus. *Quae igitur iniuria in his uerbis tam grauis lateat, ego certe non satis intelligo.* Luthero *fides utique habenda est, testi non aurito, sed oculato, & scite euentum huc adplicanti. Neque uero infringere eam potest, quòd in* Catalogo Rectorum *non adparet ille furca dignus homo. Quid si enim dicas, uel nomen eius deletum fuisse ex matricula; uel, detecta fraude, statim electum fuisse alium Rectorem, nulla penitus facta impostoris mentione; praesertim, cum finito demum magistratu, Rectorum nomina albo soleant inscribi? Omnis autem turpitudinis, non in Academiam, sed in* Spangenbergii *socordiam redundaturae culpa uersatur in eo, quod quem acupictorem*, Seidensticker, *aliquoties uocat* Lutherus, *excoriatorem*, Schinder (*uide, lector, ac detestare historici errorem*) Spangenbergius *appellat. Nemini igitur mirum uidebitur, fieri potuisse, ut, qui acupictoriam artem didicisset, opulentioris forte conditionis homo, ex fastu animi Comitem Hennebergensem se esse dictitarit, ornatus postea dignitate suprema in moderando academiae statu. Fallere scilicet ac falli & olim fuit, & nunc profectu saeculum est.*

VIII Accessit aliud facinus, quod una cum superioribus ingentes postmodum turbas concitauit. Supremus plebis tribunus, seu primus Quatuoruir *Henricus Kelner*, imperialem praefecturam *Kapplendorff* (*a*) octo millibus florenorum Saxonibus oppignerauerat, nec Senatu, nec ciuibus consultis. Illi arcem cum pagis occupant: nemo erat, qui increpare temeritatem auderet, immo nec quaerere licuit, quod ignorabat ciuitas, an uendita, uel oppignerata praefectura esset? * Non collectae nec uectigalia prodigae dispensationi sufficiebant; fides insuper ruentis ad inopiam urbis apud exteros defecit. Ipsi ciues precibus uiolentis ad credendum inducti; sed haec omnia parum ad leuamen, ad correctionem mali nihil conducebant, dum fons huius, pessima redituum administratio non emendabatur; eo miseria creuerat, ut occultari amplius non posset. Instabant creditores plerique potentes, hic capitalis, alius usurarum, ille praeterea causatorum sumptuum exsolutionem urgebat. Vacuo interim aerario † frustrati, ciues extra urbem passim infestant, capiunt, atque pignoris instar pro nomine retentant, postmodum suae causae iudices sub expensarum coloribus ad alterum tantum nomen extorquent. Senatus in angustiis trepidat, utque miseriae magnitudinem sciret, redituum & expensarum calculum reducit, reperitque istas ab his aliquot millibus superari. Videbatur necessitas

Kelnerus clam Saxonibus Kapplendorffium *oppignorat.*

Onus aeris alieni urbem premit.

† pag. 171

Senatus aeris citate malo perculsus haesitat.

Inter se dissi-dent, dum alii aes alienum ciuibus manifestandum censent;

sitas omni consilio maior, ac dum eluctari non posset, communi desperantium more in uotis altercabatur. Pars ad communitatem ciuium rem deferendam censuit. *Senatum oneri imparem, tam immensa nomina soluere non posse: crescere indies pericula & damna, quae sin ulterius occultarentur, idem Senatui obuenturum, quod domestica incendia celantibus, dum per momenta crescens malum impari ope extinguere conantur, usque dum illud cum aedificii ruina semet ipsum ostendit. Reditus ordinarios expensis maiores calculum docuisse, de nouis igitur obuentionibus dispiciendum, quae cum aliunde, quam de ciuium bonis accipi nequeant, aequum esse necessitatem iis manifestari, sed & collectas libentius suscepturos, si, quo consilio indictae sint, resciant.* Alii sanctissimo silentio inuoluenda omnia censuerunt: *Armis & numero potentem plebem, nec Senatui satis amicam, quem peculatus, & atrociorum criminum insimulet; solum Ducem abesse multitudini ad seditionem pronae. Quod si aeris alieni quantitatem opinione maiorem intelligat, quanta indignatione, quibus conuiciis Senatum sit petitura? nec Ducem defuturum, postquam multitudo publice calumniabitur.* † *Nihil moderati a concitata plebe sperandum. Quae causa mali? cur debita contracta? inuanum tumultuantibus demonstrandum, qui miseriam omnem imperantium culpae imputabunt. Ad quid Tribuni plebis cum tanta potestate Senatum augerent, si necessitates publicae pro remediis ad communitatem deferendae? esse hanc ciuilis societatis legem, ut alii imperent, alii obediant, nec his gubernandi potestatem subiiciendam. Ipsum tempus monere periculum, eundem annum instare,* (*b*) *cum ante duo saecula fatali motu plebs contra Senatum cristas erexerit, ut hominibus, sic Rebuspublicis sua temporum climata periculis horrere. Igitur aduersae fortunae, furoris exercendi occasionem haud praebendam: e curia petendum remedium, cui salutem suam ciuitas commiserit.*

alii negant.

Edit. I

† pag. 172

(*a*) Anonym. Chronica Erfurtensia MS. & uaria documenta publica in archiuis extantia *haec & sequentia abunde referunt.*

* *Anno MDIX.* (*b*) *Vide supra anno* 1309.

Regens Senatus reliqua collegia inuocat.

Aes alienum ad populum defertur.

Neutra pars alteri persuasit; diuisus ergo regens Senatus, ex more ciuitatis quatuor reliquos, nuperrimis annis curia functos, in consilium uocat, apertisque aerarii necessitatibus, an ad populum hae pro remediis deferendae consultandum proponit. Effecit atrocitas mali, & consilii inopia, ut delatio ad ciuium communitatem pluribus uotis decerneretur. Indicitur comitium, & ad congregatos per quatuor urbis regiones ciues delegati mittuntur: magno onere ciuitatem premi, cuius leuamen Senatus omni consilio hactenus quaesiuerit, aes alienum esse, quod urgeat, non sua, nec forte maiorum culpa, sed aduersarum rerum uiolentia contractum: euacuari usuris aerarium, ut † expensis amplius † pag. 173 non sufficiat, hinc annue debita augeri, sola mora inualescere malum, atque tot ex alueis inundare remp. quot creditores existunt. Igitur ut communitas uigilantiam Senatus, & curam intelligat, ei aperiri necessitatem, & in partem solicitudinis uocari. Vellent ciues in medium cum Senatu consulere, quo tantum onus, priusquam ciuitas succumbat, leuigetur: Seligeret per singulos districtus Quatuoruiros, concordiae, & commodorum ciuitatis amantes, his Senatum aeris alieni quantitatem ostensurum, cumque iis sedecim, quomodo resp. e tantis angustiis extrahenda sit, deliberaturum. Murmure excepit haec populus, ante uulnus acceptum deliberari debuisse, declinare malum prudentis esse, de remediis etiam fatuos ab euentu moneri. Attamen singuli districtus, ut Senatus petiit, Quatuoruiros elegerunt, prudentes, & qui loqui, quod sentiunt, auderent; iis, ut de nominibus cum Senatu consultarent, mandatum. At hi suscipere in se negotium detrectant: periculosam rem esse, cum potentioribus agere, quibus nunquam ueritas impune dicatur; quantis odiis irritandus sit Senatus, si culpas, & aeris alieni

Plebs murmurat.

Eligit Oratores, qui Senatum adeant.

Edit. I alieni causas accuratius indagarent? ueruntamen pro patria, pro reip. utilitate se pericula subituros, si communitas de omni damno caueat,

† pag. 174 & stipulata manu protectionem sancta fide promittat. † Acclamatum est a multitudine, Senatum audacter obiurgarent, his tot mille dexteris incolumes futuros: ne quid autem, nisi ex populi consilio Senatui proponerent, aut cum eo paciscerentur, sed minutissima quaeuis ad communitatem referrent, iniunctum. Publice haec agebantur, & statim ad curiam delata, tunc primum Senatus errorem consilii, quod culpas suas ad plebem detulisset, uidebat, eratque deliberationum summa, quomodo aduersus populum se muniret. Placuit cunctando illius feruorem declinare; uehementes esse plebis affectus, sed breues, nec ulla re magis, quam mora remittere: nihil diu urgeri, quod multi urgent. Simulatis occupationibus aliis, electos ad se uocare Senatus differt; ast populus elapsis aliquot septimanis, morae impatiens, suis, ut Senatum accedant, promissamque aeris alieni designationem urgeant, demandat. Ascendunt illi curiam, nuperrimi comitii Senatum monent, ac mandata exponunt. Hic turbatus metu registra exhibet, computatur aes alienum, & sexcentorum millium aureorum reperitur: attoniti ad haec electi, populo se relaturos aiunt. Die postero ciues conuocantur, ad quos electi: *Interpellasse se communitatis nomine Senatum, & aeris alieni quantitatem ursisse, adferre se talia, quae meliora uellent, ac dolere, quod tristi nuntio populum terrere debeant: Registra, matriculas sexcenta millia aureorum, quae Senatus, populusque*

† pag. 175 *Erfurtensis debeat referre. Liquida † haec debita esse, atque creditorum annuam fidem triginta millibus emendam.* Terror primum in silentio multitudinem continuit, postmodum murmura, & dissonae uoces, demum secuti clamores, omnia dira Senatui imprecabantur: *non praedia sua, non bona tanto nomini sufficere; uenditos a Senatu, non se modo, sed liberos, & nepotes, ad quos praesens aetas onus facultatibus suis maius transmissura sit.* Electi plebem ab impetu retrahunt: *arduam rem esse, quae non ira, sed ratione agi debeat: moneri Senatum de erroribus suis humiliter, ast non lacessiri posse; hoc rebellionem omnibus aetatibus odiosam redolere: delaturos se populi desideria, si moderata committantur, ferocis tumultus clamores sine legatis ad curiam uenturos.* Mitigatus his plebis impetus, electis, ut Senatui dolorem communitatis referant, iniunctum: non pericula, non iacturam fortunarum ab obsequiis ciues retracturos, obedientes ad iusta quaeuis imperia: sed miseram aerarii conditionem se dolenter percepisse, praestitas hactenus frequentes collectas, uectigalia, de cibis, potuque reditus in fiscum delatos, & hos tamen aerarii necessitatibus non suffecisse, ut insuper tam incredibilis summae debita contraxerit? fidem suam haec superare: petere igitur, Senatus ab annis triginta fisci rationes ederet, ut uideret communitas, quorsum collectae ciuium, & tot pecuniae a creditoribus acceptae peruenerint. Accedunt electi Se-

† pag. 176 natum, & mandata exponunt: ille priusquam improuisi † postulati momenta perpenderet, annuit, sic tamen, ut ultimam spem in cunctatione seruaret. Sedata nonnihil indignatio plebis uidebatur, sed offensam his postulatis curiam omnes credebant; igitur de eripienda uindictae potentia consultatum est. Senatum portas, ualla, turres urbis, imo Cyriaciburgum praesidio tenere, claues ipsas & militarem tesseram sub arbitrio Consulis esse; quam facile intromisso milite externo ciues opprimi ualerent? nunquam socios huic strategemati defuturos, qui per discordias ciuiles urbem ingredientur, ac dum partem unam iuuabunt, utramque oppriment: nec de Senatus ausu dubitandum, ex legibus Iulii peculatus, de residuis, & repetundarum postulati, periclitari famam eius, & bona, magnorum moliminum incitamenta! eripiendum illi publicae securitatis arbitrium, & cum hoc populum opprimendi facultatem: irent electi, atque a Senatu claues, & urbis uigilias peterent, sponderent tamen, citra curiae periculum hoc fore,

Mandatis instruit.

Senatus errorem sero aduertit.

Emendare studet.

Aeris alieni quantitas.

Electorum ad populum relatio.

Multitudo concitatur.

Electi sedant.

Populus ulterioribus mandatis Electos instruit.

Reddi rationes petit.

Promittit Senatus rationes.

Claues urbis & custodiae Senatui extorquentur.

populum pro reip. incolumitate facultates & animam positurum. Exequuntur mandata electi, tradi custodiam urbis communitati petunt. Senatus male actarum rerum conscientia timidus, munimenta occupandi licentiam segni errore indulget, statim multitudo plebis armatur, ualla & arcem implet, simul imperium † eo usque occupat, ut Senatum etiam inuitum in officio continere posset. Variatum in discursibus, unde moles incredibilis aeris alieni ciuitatem obruisset? crimini peculatus communiter, sed & aliis imputatum: Saxonicam protectionem plus centenis quinquaginta millibus aureis stetisse. Vrbem Ducibus uectigalem factam, dum singulis annis mille quingenti penduntur. In Nouesianam expeditionem superba prodigalitate quater centena millia aureorum insumpta. Schisma *Dietherum* inter & *Adolfum*, lites cum Sede Moguntina, sequestrum praecipue, subsecutosque tractatus, munimenta urbis & arcis, ac ob haec Romanas legationes, immensam auri argentique summam hausisse.

Edit. 1

† pag. 177

Vnde Ciuitas tantam aeris alieni summam contraxerit?

Dum urgetur rationum editio, male sibi conscii Saxones inuocant, ac edere rationes renuunt,

IX Obtentis armis rationes iterum urgentur: interim ii, quos male actorum memoria premebat, Saxonibus necessitates suas aperiunt, qui consilium & opem pollicentur: his promissis inermis Senatus sera audacia intumuit, cumque moram interpellaret populus, & rationes iterato peteret, earum editionem electis negat: *noua esse plebis desideria, nec minus iniusta: Senatum successoribus suis in curia, non populo ad ratiocinia teneri; haec maiorum instituta, has leges, sanctas ciuibus, & quae non nisi a rebellibus impugnentur.* Obstupescunt ad repulsam electi, iterumque rationes urgent: uanam renitentiam fore, arma & custodiam † urbis in manu populi esse, inermis curia num ausit negare, quod armata promiserit? uellet, nollet Senatus, perinde rationes reddi debere. Auxit communitatis furorem inuersa fides. Mox ad illam a Saxonibus literae ueniunt: *audiuisse Duces, populum, & Senatum Erfurtensem lite ciuili diffidere: rogare se ciues, ne superioribus obsequia detrectarent, concordia saluam remp. fore, casuram, si ciuilis ordinatio per seditiones concutiatur.* Obtentis literis facile collegerunt ciues, aliquos de Senatu Principes inuocasse; ast illi per extorsionem armorum hoc periculum iam praeuenerant. Responsum Ducibus; *non sibi cum Senatu, sed paucis, qui aerarium expilarint, rem esse, nec aliud exigi, quam ut iis rationes edant, quorum bona administrarint: aequa haec postulata omni iure probari; de cetero Duces pro cura, & amore, quo uicinam urbem prosequuntur, gratias haberent.*

† pag. 178

populo hinc concitato. Saxonum literae ad communitatem.

Communitatis Responsum.

Populus Erfurtensis ad Moguntinum recurrit.

X Post haec electi cum tribunis opificum de maiori potestate sibi prospiciendum esse, plebi proponunt, nec ad alium recurri posse uel debere, quam ad Dominum suum, Archiepiscopum Electorem, & Sedem Moguntinam; hanc esse Erfordiae matrem, a qua in aduersis consilium & opem semper acceperit; augere annales fiduciam, quod pro concutiente Senatu contra plebem nunquam steterit, ciues autem aduersus iniurias & dominatum curiae perpetuo defenderit. Mittendos ergo propediem Moguntiam, qui † rei seriem Domino exponant, nuntient etiam pericula: Senatum cum Saxonibus colludere, uellet Elector ciues suos contra paucorum rapinas tueri. Priusquam mitteretur nuntius, consilia Senatus resciit. cumque Domini sui iussu ad rationes adigendum se timeret, omnibus modis communitati legationem dissuasit: nec fortius argumentum, quam a potente in animis uulgi libertate occurrebat: *ne communitas Moguntinum inuocaret, quod sine libertatis suae praesentissima iactura facere non possit. Caro illam stetisse maioribus, priuilegia sanguine & pecuniis empta, num ista prostituere uellet, quae non nisi semel amittuntur? & quorsum remota consilia, uicinia se ad opem offerente? Adesse Saxones ad auxilia non minus promptos, quam ex protectorio foedere ad urbis tutelam obstrictos, hos arbitros inuocaret, dissidia ex aequo composituros.*

† pag. 179

Senatus ab hoc consilio retrahere populum studet.

Surda

Edit. I Surda ad haec communitas in proposito perstitit : *Foedus protectorium iniquitates Senatus non concernere ; Saxones suorum commodorum, quam urbis obseruantiores ; testari illud praefecturam Kaplendorff, quam nuperrime (nescire communitatem quo iure, uel iniuria) ad se pertraxerint.* Vt autem certiores utrimque aduersarii essent, singuli Senatores interrogati ab electis, an cum Senatu uel ciuibus sentirent. Idem per circulos urbis factum est. Multi e curia partibus communitatis accesserunt, aliis uel imperio, uel sanguine senatoribus iunctis ab ea deficientibus. Sicque discreti hostes, nec medium in ciuili motu relictum, sed † qui uitam & bona pro communitate non offerebat, hostis iudicabatur. Quatuoruiros atrocior metus pressit, peculiariter constitutos, ut commoda plebis obseruarent, illi autem duplici delicto cum Senatu facultates urbis prodegerant, & ciuitatis damna suppresserant. Igitur ut plebem lenirent, se pro communitate, cuius beneficio curiam tenerent, publice declarant: sed uerba, non fidem timor expresserat. Recepti a plebe, cur tantum aes alienum communitati non manifestarint? interrogantur, illi concussionem praetendunt, & metum Senatus. Crescente cum mora periculo, Saxones iterum male conscii inuocant ; illi frequentibus ad communitatem literis, ut Senatui obediat, hortantur. Aes alienum tanti non esse, ut propterea politiam diuellant, opem se collaturos, & consilia ad leuamen, sique petant, centum aureorum millia, quibus creditores magis importunos sedarent, mutuo daturos. Omnia communitati suspecta, quae a Saxonibus ueniebant : sincerum non esse consilium, quod non emendet, sed mutet malum. Non mutuare sine usuris Saxones, nec fidem nudam sequi, sed pagos & arces in pignora uelle, inter quae, & mercem potentiores non distinguant.

† pag. 180

Sed incassum.

Discreti sunt factiosi.

Quatuoruiri se partium plebis simulant.

Iterum Saxones inuocantur.

Saxonum ad communitatem literae ;

Communitati suspectae.

XI Rursus electi cum opificum magistris desideria communitatis ursuri curiam accedunt, congregata fuerant quinque senatorum † collegia, & in iis *Henricus Kelner*, Quatuoruir primarius, hunc de praefectura *Kappelndorff*, quanti uendita esset, aut oppignerata? interrogant. Ille e subsellio in pedes elatus, proditorie sibi, & nequiter imputari uenditum a se Comitatum, respondet. Momordit dicti acerbitas electos, illumque ipsum esse reponunt, qui citra Senatus & communitatis consensum Ducibus tradiderit : ad haec ille, *quid communitas?* simulque dextra pectus suum percutiens : *hic stat communitas*, ait. Paucis uerbis, quae impetus protruserat, uitam perdidit. Electi blasphemiam in rempublicam esse inquiunt, quod hic homo se communitatem iactet, expectaret in carcere, usquedum de facinore statueretur. Atroci metu perculsi Senatores, quod intendi carceres Quatuoruiro audirent, peiora sibi metuentes, si hoc in tribuno plebis fieret. Rogant ergo Magistros opificum, & electos, ne uim *Kelnero* inferant, Saxones iniuriam pro sua habituros, si quid ei in causa Kappelndorffensi contingat. Securitatem publicam, iura, priuilegia subuersionibus exponi. Nouerant electi solita curiae terriculamenta, nec *Kelnerum*, priusquam populo retulissent, dimittere uolebant : tandem ad interpositionem Senatus domum eundi licentia ea lege data, ut prius stipulata manu, uita & bonis, se citra Senatus & communitatis licentiam urbe † non egressurum, caueret. Ille tantos ciuium ausus, quos non praeuiderat, expertus, ne domi quidem suae tutum se fore credens, in templum *S. Viti* confugit, ibi per octo septimanas sub asyli tutela mansit, iis autem exactis, cum mansionem hanc pertaesus ad domum suam reuerteret, fugam meditari spargitur : fama nocuit, igitur ut certius teneretur, carceri mancipant.

† pag. 181

Kelnerus *super* Kaplendorff *interrogatur.*

Superba eius responsio, qua sibi exitium parat.

Senatus pro Kelnero *intercedit ;*

qui in sua domo arrestatur.

† pag. 182

In templum S. Viti fugit.

Carceri mancipatur.

XII Sed interim primum communitatis desiderium, examinandi rationes frustrabatur. Facile collegit illa, quo fine Senatus cunctaretur, ea propter iterato rem ad ciuitatis Dominum, Moguntinum Electorem, deferendam conclusum est. Sed denuo quintum collegium omnibus modis consilium dissuasit : cum Saxonibus communicandas ne-

Iterum communitas Moguntinum spectat, dissuadente quinto Senatus Collegio.

ceſſitates, ad eos tanquam territorii Dominos hanc curam pertinere, atque ad opem ſe toties obtuliſſe; ni uelint, ut per eos ſibi bene ſit, curaturos, ut ſit male. Negauit populus territorii Dominos Landgrauios. Vrbem Moguntinae Sedis eſſe, cuius prouidentia toties aduerſitates ſuperauerit. Confeſtim populi concluſum Saxonibus nuntiatur: Hi grauiter per literas idipſum exprobant: relata ſibi temeraria communitatis conſilia, quod miſſis legatis Moguntinum diſſidii ciuilis iudicem inuitare, id eſt, fugata libertate peregrinum Principem introducere uelit, † pati ſe hoc nec poſſe, nec uelle; deſiſteret ab irrito conatu, uel temeritatis uindices expectaret. Monitus ex his populus de augmento periculi miſſionem accelerat. Nominati ſex aequali numero ex Senatu, Selectis, & Communitate, ut totam remp. Domino praeſentarent; hi mandatis acceptis, quae praeſens neceſſitas dictabat, iter ingrediuntur. Mox aliqui conſcientia malae adminiſtrationis territi ex urbe fugiunt. Potuiſſet hic receſſus leuigare malum, ſi cum ciuitate ſcelus reliquiſſent: aſt foris inquieti, continuo Duces inſtigant, noua malorum ſemina ſpargunt, praedas etiam non ſecus ac hoſtes in agris agunt: praeterea commercia quaedam ad finitima oppida, ubi reſederant, irreparabili cum urbis damno transferunt. Elector Saxoniae *Fridericus*, Moguntinos Officiales Erfordiae, miſſis aliquot legatis interpellat: Spargi, diſcordiam inter Senatum & ciues hinc proficiſci, quod ipſe Kapplendorffenſem praefecturam in praeiudicium ciuitatis a *Kelnero* emiſſet, petere ſe, ut in auctores huius mendacis famae animaduerteretur. Archiepiſcopales miniſtri, ſibi de his nihil compertum eſſe; indagaturos tamen in rei ueritatem, reſpondent. Coepta inquiſitio, ſed incaſſum, tales ſermones in urbe manaſſe cunctis negantibus. Satisfactum ſibi hac purgatione *Fridericus*, ſeque recepta ſorte pignore ceſſurum † teſtatus eſt. Deputati Erfurtenſes honorifice Moguntiae excipiuntur, admiſſi ad Electorem obaeratae ciuitatis ſtatum exponunt: *expenſas ampliſſimis reditibus maiores decem millibus annue ſuperare: aeris alieni ſummam ſexcentorum millium eſſe: inſtare moleſtos creditores, captiuare ciues, & interitum omnia minari. Culpa Senatorum his miſeriis ciuitatem immerſam, altis aerarium expilantibus, pluribus in pompam & luxum effuſis. Nec tribunos ciuium, qui commodis populi in curia praeſident, a labe immunes, dum, ſi non ipſi facultates publicas profuderint, ſaltem uotis ſeruilibus aliorum peculatibus famulati ſint. Scaturiginem mali ex calculo rationum oriri, hunc ab uno Collegio alteri poſitum, nunquam maiori ſeueritate, quam ipſum anno lapſo expectarit. Hinc profuſas expenſas, & liberiorem peculatum, quia impunis. Igitur rationes a triginta annis examinandas, ut quorum crimine ſpoliata ſit ciuitas appareat, & ſcopulus in offenſionis futurae cautionem detegatur. Id eſſe, quod controuertitur, Senatu rationes ciuibus negante, ſed paucos, non Senatum eſſe, qui negent: nuper enim diſcretos, qui deſiderium hoc populi uel auerſarentur, aut uellent, ac non multos adeo malae adminiſtrationis conſcientia retractos, reliquis pro communitate ſe declarantibus, illos autem aſtu & dolis iuſta huius poſtulata hactenus eludere, ac, quod plus eſt, potentia Saxonum minitari, iamque illud effeciſſe, ut ſaepius Duces per literas ſe arbitros, & compoſitores litis obtulerint. Colligeret hinc negotii periculum Elector, quodque non ſolum Erfordiae, ſed cauſa Archiepiſcopatus agatur. Celeri remedio eludi pericula: conſuleret ergo, & iuberet, quid ſibi, quid ciuibus † expediat, & ſuam urbem contra paucos, qui dominatum inuaſerunt, tueretur.* Attonitus ad haec *Vriel* Elector, num de peculatoribus iis adhuc uiuant, interrogat, qui tam incredibili aere alieno ciuitatem oppreſſerint. Affirmantibus delegatis, ſe conſiliis, & ope adiuturum promittit, tutarentur fideliter urbem, ne qui a potentia aliena criminum impunitatem quaerunt, eam opprimant: Recte ciues Dominum inuocaſſe, ideoque ſe ex Capituli conſenſu moliturum extrema, quibus ſuae

Mogun-

Contradicit communitas. Saxones communitatem obiurgant.

Communitas ſex Oratores Moguntiam mittit.

Male conſcii ſecedunt.

Saxonis ad Moguntinos Officiales petitum.

Erfurtenſium Legatorum ad Electorem oratio.

Cur rationes non exacte redditae.

Vrielis *Electoris Reſponſum.*

Edit. 1

† pag. 183

† pag. 184

† pag. 185

Edit. I Moguntiae filiam iuuet, atque ut locorum distantiam corrigat, Consiliarios in reditu comites assignaturum, qui praesentes Erfurti subitis consiliis pro uarietate euentuum adsint. Hoc responso, datisque ad communitatem literis dimissi, cum Electoralibus Consiliariis reditui se committunt. Data ergo Consiliariis amplissima potestas, agendi cum Senatu & ciuibus, quae ciuitatis, & Electoratus utilitas, salus, & necessitas postularet. Addidit Archiepiscopus literas ad *Fridericum* Electorem Saxoniae, quibus ut Commissariis suis ope & consilio, si requirerent, adesset, petiit. Nihil non mouerunt profugi, ne turbatae reip. uindices Erfurtum appellerent. *Goedenius* praecipue, qui astutiam suam iuris peritia armauerat, qua sibi famam apud posteros comparauit, ac licet Clericus esset, Marianae ecclesiae Scholasticus, dissidiis tamen † pag. 186 † ciuilibus se immiscuerat. Hinc exilium; cuius damna ut Saxones compensarent, eum Collegiatae ecclesiae ad *omnes Sanctos* Wittenbergae praepositum nominant. Ductore *Thunio* Equite, *Friderici* Electoris Marechallo, uiae & aditus in Thuringiam, ne qua legati penetrarent, obsidebantur: timuerunt illi periculum, ideo nonnihil a uia regia deflectentes monasterium *Vallis Georgianae* petunt. *Thunio* confestim aduentus innotuit; ille collectis copiis monasterium mille quingentis armatis cingit: euocatos deinde ciuitatis nuntios acriter obiurgat: an citra Dominorum Thuringiae consensum legatos externi Principis ducere per prouinciam auderent? cur repudiata propensa suorum Principum ope, Moguntinam inuocarent? simul uincula imperat, quibus obstricti Vinariam ducuntur. Postea legatos Electorales accedit, iisque importunius, cur sine Landgrauiorum uenia prouinciam sint ingressi, exprobrat, simul ut ocius uias suas repetant, mandat. Illi iure gentium se usos reponunt, quod innoxium transitum haud neget, quem quo iure prohibere *Thunius* uelit, non se interrogare, scire enim quod nullo: sed quo auctore faciat, id cupere, ut an cum praedone sibi res fuerit, aut milite, suo Domino referant. *Thunius* sanctissimi iuris uiola-
† pag. 187 tionem imputare Landgrauiis non ausus, Ordines † prouinciae, Comites, atque Nobiles auctores praetendit: hos una secum timere, si hoc in motu urbem ingrederentur, ea moliturus, quae Principum suorum iuribus, & protectioni derogarent. Moguntini longissima haec a proposito suo frustra demonstrant, tandemque eo adacti, ut turpi timore legationis sanctitatem corrumperent, ac se mandatis *Thunii* subiicientes uel Moguntiam, uel Würceburgum regressuros iure iurando promitterent. Simul literas ad *Fridericum* Electorem, & alias ad communitatem ab *Vriele* destinatas *Thunius* retinet, cumque de iniuria conqueri per literas uellent, prohibuit. Thunianae uiolentiae nuntius admodum Erfurtenses irritauit: Spoliatores fisci legationem hanc Saxonibus prodidisse, ali intra moenia hostem, qui cum externis in reip. interitum, in ciuium uincula conspiret. Murmura in minas abierunt; ex hinc alius post alium se subduxit. Communitas pro captiuis anxia Moguntinum interpellat, apud Electorem Saxoniae pro liberatione detentorum ageret. Iterum hoc *Thunius* rescitit; nec enim discordia ciuilis arcanum habet, factionibus simulatorum sociorum fraudibus obnoxiis. Aucta *Thunii* insolentia, minis & incusationibus captiuos terret, his autem immeritae captiuitatis remissionem petentibus una semper uoce responsum est, *Kel-*
† pag. 188 *neri*, & *Goedenii* † Doctoris, aliorumque nonnullorum, qui peculatus, aut proditionis rei erant, causam probarent, nullam nisi Saxonicam opem expeterent. Moguntinus per literas ad Electorem Saxoniae de iniuria, de gentium, & Romani Imperii iuribus laesis grauiter queritur. Deputatorum Erfurtensium liberationem urget; ast ille, comiter licet, nihil ad desideria respondet.

Elector Erfurtensium delegatis consiliariis in reditu adiungit.

Thunius ex insidiis intercapit, & captiuat.

Thunii ad Moguntinos sermo. Responsum.

Moguntini reuerti Moguntiam coguntur.

Erfurtenses pro liberatione suorum Moguntinum interpellant.

Moguntini super uiolata gentium iure querela.

XIII Interim alios Legatos Moguntinus ciuitati submittit. Hi postridie omnium Sanctorum feliciter appellunt, nisi quod cum de nocte ad portam uenissent, ac omnia suspicionibus horrerent, ad diluculum

Alii Legati Erfordiam mittuntur.

lum palare ante urbem debuerint. Cum his per literas Erfurtenſes ad fidem ſeruandam, & ualla diligenter cuſtodienda hortatur, ſimul de auxiliis certos eſſe iubet. Legati poſtero die curiam aſcendunt, atque mandata exponunt; auditi pronis auribus a plerisque, ſed multis ingrati, qui libertatis pericula delictis ſuis obtexere non deſierunt. Aucta Saxonum indignatio, quod ciuitas Moguntinos admiſerat. Ipſi etiam Electores ſibi querelas mouent, quibus ſopiendis *Laurentius* Herbipolenſis Epiſcopus, Franconiae Dux fidelem curam adhibuit, ac effecit, ut Mülhuſii conuentus indiceretur. Ibi Moguntinenſes legati fontem mali corrigendum eſſe, grauiter demonſtrant, praemittendam cauſae cognitionem, uocandos † ad calculum fiſci praefectos, in eorum fraudes & peruerſam adminiſtrationem inquirendum, ut qualiter aerarii uulnera ſananda, atque ab his ſcopulis impoſterum cauendum ſit, appareat. Aſt Saxonici, Senatum non auditum, minus conuictum, auctoritate ſua ſpoliatum ante omnia reſtituendum eſſe contendebant. Velle hoc Pontificias & Caeſareas leges, quibus cum ſatisfactum erit, & puniti turbarum auctores, tum demum ad cauſae cognitionem deſcendendum. Contra Moguntini: Senatum auctoritate ſua deſtitutum ſibi nondum liquere, aliud curiam loqui, niſi quod fugitiui quidam ad turbas ſeceſſerint. Praeterea triſtem euentum, & aperta ſatis facinora, ſuſpecti Senatum poſtulaſſe, num, quam ſuſpenſionem leges, ante cauſae cognitionem priuatorum utilitati indulgent, Collegiis & communitati deneganda ſit? *Kelnerum*, huius enim captiuitatem ſat aperte Saxones notauerant, non minus atroci falſo, quam crimine, inconſulta ciuitate, nomine eiusdem, quaedam peregiſſe, atque ingenti ſacrilegio priuata placita ſigillo reip. roboraſſe. Hunc & ſimiles priſtinae poteſtati atque ſigillo reſtituere, quid foret aliud, quam ſuis latibulis reddere latronem, ut pendente cauſae cognitione continuare ſcelera poſſit. Demum non concordiam, ſed turbas in irritata ingentibus damnis communitate † excitandas, ſi praematura illa ſententia condemnetur. Saxonici Dominorum mandata praetendentes opinioni ſuae pertinaciter inhaerebant, de captiuorum liberatione interpellati, nihil de his ſibi commiſſum, ac interrogati, cur Moguntinis Erfordiam iter perſequi liberum non eſſet? ſe cauſam neſcire; ceterum Dominos ſuos in ipſa urbe iurisdictionem etiam habere aiebant. His inexpectatis Moguntini ſolenniſſime contradixerunt: noua eſſe, & inaudita, Saxones aut Thuringiae Landgrauios in Erfordienſi ciuitate Electorali Moguntina, iurisdictionem praetendere. Cumque his conatus ſuos, & conſilia Saxones nudaſſent, ille conuentus interruptus eſt.

Edit. I

† pag. 189

† pag. 190

Aucta hinc Saxon. indignatione ſuaſu Laurentii Herbip. Mülhuſii conuentus fit.

Moguntinorum propoſitio.

Saxonum defideria,

a Moguntinis refutantur.

Saxonica conſilia nudantur.

Conuentus ſine fructu ſoluitur.

XIV Legati Moguntini Erfordiam profecti, in Senatu acta conuentus referunt. Ille praeſentibus electis ſe ordine ſuo, graduque ſenatorio nequaquam deſtitutum profeſſus eſt, nec claues aut documenta ſibi erepta: haec ciuibus ſed ſponte monſtrata, ſub priſtinis ſeris adhuc cuſtoditi. Iſta domui Saxonicae ſcribi uelle. Inſtabat communitas, ut tandem principale negotium, diſcuſſis adminiſtratorum ratiociniis initiaretur. Legati diem indicunt, quo ad curiam uenire, atque audire rationes uellent. Senatus ſe paratum reſpondet, unum autem legatos haud grauate conceſſuros: inueteratam huic ciuitati, multisque iam ſaeculis † firmatam amicitiam cum Mülhuſia, & Northuſia eſſe, communi conſilio alteram alterius neceſſitates ſubleuare, ab his deputatos aliquot ſe rogaturos, qui huic negotio adeſſent. Viciniam breuem moram promittere. Indulgetur dilatio, qua occaſione Saxones, ut Conſiliarios ſuos mittant, a quibusdam interpellantur, certam erumpendi uiam inter illos & Moguntinos diſcordes ſibi polliciti. *Thuringus* inſuper ſuorum Principum indignatione terret, ſi quid cum Moguntinis, abſentibus Saxonicis, ageretur: hoc Landgrauios, hoc Erfurtenſium libertatem poſtulare. Quae cum ad Moguntinos deferrentur, exprobratum Senatui, quod Saxones clam aduocarentur: illi qui in Mülhuſino conuentu Sedis, & ciuitatis iura diſputauerint, iurisdictionem in Erfordiam

Legati in Senatu acta conuentus referunt.

Communitas redditiones rationum de nuo urget.

Legati Moguntini circumueniuntur.

† pag. 191

Edit. I diam praetenderint, an ab iis fidele consilium sperarent, qui conciues suos, etiam Archiepiscopi petitione contemta, captiuos tenent? communicare se cum Saxonibus, eosque admittere, defectu mandati non ualere. Interea Mülhusini, & Northusani deputatos mittunt, qui cum uenissent, rationum examen communitas instantius urgere, frequentare curiam, monere, Senatus autem excusare moram, negotia praetendere, procrastinare, promittere. Vrbici fraudulentas dilationes aduertunt, † pag. 192 cumque rationum editionem frustra expectarent, paucis, quae ad † concordiam faciebant, praemissis, ualedicunt. Acres hinc motus in plebe, quae dira omnia Senatui imprecata, quod cunctando uota communitatis eluderet. Sequiores spes praedae iunxit, atque iam in opulentiorum domus conspirauerant, eas per tumultum direpturi, sed praeuenit cum electis Senatus, & auctoribus captis, dispersis aliis securitatem firmauit. Communitas legatos Moguntinos iterum interpellat, tandem qua pollerent auctoritate Senatui districte rationes mandarent, frustra leniter cum illo agi, qui facinorum impunitatem in renitentia ponit: huc cunctationes, & moras, huc Senatus consilia spectare. Legati ut obiectiones Saxonum refellerent, quibus non a ciuitate, sed rebellibus inuocati arguebantur, cuius mandato auxilium peterent? interrogant, ac communitatis auctoritatem allegantibus, irent, aiunt, atque mandata a rep. adferrent. Relata haec ad populum, qui in diem alterum comitium indicit. Coemeterium Praedicatorum colligendae multitudini destinatur, frequens fuit multorum millium conuentus; at Electi turbae non fidentes monasterium ingrediuntur: nam & illos multa consuetudine reliqui Senatores nonnihil infecerant: inde ad communitatem exire iussi comparent, atque unanimibus uotis hereditarii Domini imperium, eius- † pag. 193 que legatorum auxilia implorari † debere concludunt. Eunt ergo ad Moguntinam curiam Electi, & milleni cum iis, iterato communitatis desideria multis cum precibus explicant. Legati promptam opem pollicentur, ipsos se curiam adituros, Senatum, qui sponte rationes edere nollet, ad iussa debere. Die postero ab Electis & turma ciuium stipati in curiam, ubi collecto Senatui miserias ciuitatis obiiciunt, has, cum indies crescunt, celeri remedio corrigendas, & tamen Senatus consilia non nisi moras intendere? sat Domino Electori, sat esse communitati illusum. Claues Archiui, cistarum, fornicum, ipsique percepta, & exposita discutere praesentibus electis aggrediuntur. Iam sibi laqueum intendi male conscii metuebant: alii seditionibus legatorum ausus euertere conantur, arcana reip. profanari in uulgus spargunt: *Occupasse iam Moguntinos curiam, documenta, libertates, priuilegia, omnia sub potestate peregrinorum esse, unam manum furripere nunc posse, quod mille cruentis dexteris maiores adepti sint.* Inuenerunt apta uerbis ingenia factiosi, cumque Patricii dominatum suum laedi crederent, istis potissimum accesserunt. Sed uigilantibus armis turbis praeuentum est. Ipsi opifices cataphracti laborabant, ne Senatus & Patricii reliquum populum opprimerent, hinc frequentior iterum aliquorum fuga, Saxonibus ad receptionem paratis. Non diligentius in ciuitate, † pag. 194 quam † extra urbem a profugis ad consultationes itum. *Goedenius* ICtus Doctorem inter socios egit, prauis omnibus in patriae subuersionem instruens. Iisdem Saxones longis promissis tempus abbreuiant. Non se nisi facultatibus, & honoribus restitutis exulibus, cum Erfordia pacem inituros, sua, & illorum commoda pati sceueritate curaturos. Sed cum haud exiguo mortalis aeui spatio negotium duraret, plurimi sepulchro sunt intercepti, rediit unus, quem referam, qui technas omnium suppleuit.

Vocati Mülhusini & Northusani ad sopiendas controuersias ueniunt.

Nihil efficiunt.

Communitas editionem rationum iterum urget,

& apud Moguntinum pro tutela supplicat.

Legati Moguntini suspectos ad reddiciones rationum urgent.

Seditiosi suspectos reddere Moguntinos conantur.

Ciues armantur.

Profugi cum Saxonibus consultant.

XV Vacabant non pauca fugitiuorum Senatorum subsellia, nec infrequens Senatus auctoritatem amplius tueri poterat. De nouo igitur eligendo ad populum concionem faciunt electi. Communicantur cum legatis consilia, illi ex ciuium numero pacis, & utilitatis publicae amantes nominarent, simul illud permittunt, ut quartus Consul non ex Patri-

Nouus Senatus legitur.

Quartus Con-

sul ex opificibus electus.

Patriciis amplius, sicut hactenus, sed ex tribubus opificum sumeretur, quo potentior communitas aduersus oligarchicas molitiones esset. Distribuuntur coram Moguntinis calculi, & qui ciuitati consulerent, eliguntur; ubi illud quidam carpebant, quod peregrini in curiam reciperentur, quae hactenus Transalanis non patuit. Ab electo Senatu obedientiam & fidelitatem Archiepiscopo promitti, idque cum iuramento ex more legati exigunt. Simul † iuris iurandi formula concipitur. Ea nonnihil a ueteri differre uidebatur: quippe olim superioritatem Moguntinam se conseruaturos iurauerant, nunc *fidelitatis* & *obedientiae* uerba fuerant addita. Haesit ad haec Senatus, nec sine communitatis praescitu nouare quid uoluit. Legati nouatum quid in hac formula negant, promissum olim iura Moguntina salua fore, haec inter haud dubie fidelitatem & obedientiam Domino hereditario debitam, & agnitam fuisse, clarius autem iam expressa, quod Saxones in urbem nouiter quid praetendere moliti sint. populus libertatibus suis nil derogari uidens, si Domino obedientia promittatur, ut Senatus conceptis uerbis iuraret, annuit. Acrior hinc Saxonum indignatio, & multiplicata hostilia; sed Moguntinus pro incolumitate urbis solicitus mandauit Senatui, ut sub octo Capitaneis, quibus ille nonum addidit, ciues distributi pro securitate munimentorum uigilarent. * Praeterea apud *Maximilianum* Caesarem pro ciuitate egit. Ille, ut Saxones pariter & Erfordia captiuos utrimque sine lytro dimitterent, seueriſſime mandat. Prompti Erfurtenses, sed difficulter Saxones obtemperant. Ne tamen in Caesaream maiestatem peccare uiderentur, detentos hactenus liberant, mox alios intercipiunt. Aliud mandatum Caesareum in gratiam urbis impetrat Elector, ne scilicet † intra quadriennium ab ullo creditorum, facto uel iure, propter aes alienum molestaretur, poena quinquaginta marcarum auri puri adiecta inter fiscum Caesaris, & urbem diuidenda. Sic tandem ciuitas ope Moguntina se protegi sensit. Verum neque hoc moratorium insolentes quosdam creditores continuit. Ipsi Saxones hinc inde ciues intercipiunt, detentos aliquamdiu, ante finem motuum in urbem se non reuersuros iurare adigunt. Intra moenia de restituenda ciuitate sedulo deliberatum est, leuabantur ciuium onera, illa praesertim, quae esculenta presserant, ne quid tamen aerarium detrimenti pateretur, uniuersitatis praedia, & pomoeria, quae senatores inter se partiti fuerant, fisco addicuntur. Necdum *Thunius* quieſcit. Iteratis epistolis Senatum pro expellendis Moguntinis, pro recipiendis auctoritate Saxonum exulibus interpellat. Nec congruo titulo dignabatur, sed *putatiuo Senatui* literas inscribebat. Populus externis calamitatibus pressus, in Patricios, quos mali auctores credidit, magis exacerbatus multos ex iis captos quaestionibus subiicit. Francofordiae nostra etiam ciuitas debuit; illa moratorium Caesaris obreptionis arguens, processus in Imperiali Camera impetrat, sed ad interpositionem Moguntini denuo cassantur. Atroces exitus res spectabat, crescentibus utrimque partium studiis. † Ipse Moguntinus & Saxones iam aemuli, & imminentis belli Duces. Igitur Caesar Magdeburgensi, & Herbipolensi Archi- & Episcopis examen litigii, & compositionem demandat. Hi Caesarea mandata executuri Erfordiae conueniunt: non erat pauci temporis negotium, sed priusquam lites componerent, discedunt, per legatos reliqua tentaturi; iis tamen factiosis, qui turbas amabant, agebantque multa pro arbitrio, spoliatis aliorum aedibus, aliis quaestionibus subiectis, quies sub poena capitis indicta, sicque turma nigra (nebulones erant per scelera, & ausum congregati) adempto uexillo diuisa fuit.

Edit. I

† pag. 195

† pag. 196

† pag. 197

Formula iuramenti Senatus: quae mutata uidetur.

Moguntini contrarium demonstrant.

Iuratum in formulam propositam.

Ciuibus Capitanei praeficiuntur.

* MDX.

Caesar captiuos dimitti praecipit.

Saxonum simulatio.

Elector pro urbe Moratorium impetrat.

Pomoeria fisco addicuntur.

Thunii *molimina.*

Populus in Patricios saeuit.

Francofurtum moratorium impugnat.

Inter Mog. & Saxon. bellum gliscit, quod auertitur per Caesarem.

Turbae & spolia sub poena capitis inhibentur.

Kelnerus *quaestioni subiectus.*

XVI De *Henrico Kelnero* supra dictum; ille hactenus carceribus, quaestionibus, & mille malis uexatus fuerat. Quae fassus in tormentis, ac in Banco iuris postea confirmauit, per Notarium in scripturam redacta, communicata Electorali iudicio, & populo praelecta sunt. An inquisitores processus leges obseruarint, an metui uel odio indulserint, non dixerim: multas aerarii expilationes criminum catalogus referebat.

eius confessio.

Edit. I rebat. Oppigneratio Kapplendorffii primas tenuit, populi uindictam potissimum prouocans. Concluditur, *Kelnerum* merito supplicio afficiendum, seu ob frequentia furta suspendendum esse. At patibulum † pag. 198 ab urbe longius distitum, ut intercipi in uia reus a Saxonibus † posset. Igitur Moguntinus Praetor in ipso uallo ad portam Krempferianam erigi furcam iubet. Nec carnifex tum habebatur executionis minister: turmatim Praetor urgetur, carnificem aduocaret. Iudicii Vogteto minae adduntur, ni tempore debito carnifex adesset, ipsum ad uices eius cogendum. Anxii Officiales Moguntini, cum ex terris Saxonum haberi non posset, praemiis per uocem praeconis ad inhumanum facinus inuitant. Ecce offert se eiusdem non familiae, sed nominis *Kelnerus*, molitoris filius (*Henricum* huius patrinum fuisse, atque eum a laqueo quondam redemisse aiunt) is acceptis tredecim florenis ei spiritum intercludere promittit, cui suum debebat. Die postero, scilicet pridie Apostolorum *Petri & Pauli* iudicio Moguntino reus sistitur, praeleguntur ei furta; ipse negat; sed cum Praetor, an non post torturam in banco iuris fuisset confessus, interrogaret, idque affirmaretur, accedentibus etiam plebis clamoribus suspendendum esse *Kelnerum*, indignum miseratione, qui tot miseros effecisset, ad poenam laquei condemnatus est. Collisis manibus, aliisque tripudiis sententia a ciuibus excepta. Dum autem ad suspendium trahitur, de loco supplicii disceptatum: profanari moenium sanctitatem, si in ipso uallo suspenderetur; ducen- † pag. 199 dum, ubi alii fures pendent. Ipse reus altercationes audiuit, & † quoniam eum res maxime concernebat, suam quoque sententiam dixit: actum fore de priuilegiis, & immunitatibus, si diro supplicio munimenta urbis foedarent; moriturum se, ubi alii fontes iustitiae debitum persoluunt. Non obscurum fuit, eum in spem liberationis Saxonicae haec suadere, quam ideo certius expectabat, quia iuniori Duci *Ioanni*, nomine ciuitatis, in baptismate adstitisset. Mouit tamen consilium, & ad patibulum extra urbem ductus; at praemissi exploratores, qui, num Saxones in insidiis adessent, indagarent. Simul octingenti armati cum duobus tormentis bellicis maioribus, & sexaginta curribus, quibus in munimentum se cingere possent, comitantur. Ventum ad patibulum, ubi tiro satelles, imperitus artis, misere *Kelnerum* torquet, ac postquam ter uiuus adhuc de furca decidisset, quarto attractus, tandem fauces intercluſae sunt. Intercesserat antea *Thunius* pro *Kelnero*, sed accelerarunt iudicium inimici preces.

Condemnatur ad laqueum. Executionis difficultates & descriptio.

XVII Frequentiora post haec hostilia, ut conducere militem, & suas arces praesidio munire ciuitas cogeretur. Ipsi etiam opifices, eorumque famuli numquam sine armis. At sine turbis multitudo non armatur: in parochia *S. Michaelis* dedicatio templi festiuius, utque solet, † pag. 200 potitando celebrabatur. (*a*) Obuii sibi studiosi, † milites, & opifices, omnes temulenti, primo uerbis, mox armis prope Collegium maius contendunt. Auctae accursu utraeque partes, sed Studiosi aduersarios ad latam usque plateam reprimunt. Ibi fugientibus ciues subueniunt, & redintegratur certamen: caesim, punctim, iactuque lapidum strages datae, iam milleni pugnabant: crescente per horas periculo ciues ad arma uocantur. Victi numero Studiosi ad Collegium maius refugiunt, ibi portis obseratis fenestras occupant, atque lapidibus, sclopetis etiam, aditu hostes prohibent. Irritati uulneribus ciues, duo tormenta curulia, quae ad curiam steterant, aduehunt, alterum ad domum emporeticam, alterum ad dexteram fani *S. Michaelis* in aqua figunt, inque ipsum Collegium explodunt: territi his Studiosi, qua quisque poterat, potissimi per alluentem Geram fugere. Hactenus excusari potuit ira, dum in pugnantes saeuiit; at iam fugatis defensoribus, ipsum palladis sacrarium profanatur, dissecta pulpita, confractae sedes, etiam bibliotheca diripitur, lacerantur documenta, & obuia quaeuis in spolium furentibus cedunt. Die postero Academia grauiter coram Senatu super uiolen-

Frequentiora hostilia.

Ingens tumultus inter studiosos & ciues.

Ciues tormentis bellicis collegium maius oppugnant.

Collegium spoliatur.

Academici

Senatus ad Cuicum querelae.

uiolentia & ſpoliis conqueſta eſt, *Non ſe ſtudioſos, ſi qui forte pugnae cauſam dederint, excuſare; diſſelli eos, etiam delumbari potuiſſe; uerum quod conuocati ſint ad arma ciues, expugnatum iſtis machinis Collegium, quae* †*non niſi in apertos hoſtes ducuntur, quod direpta bibliotheca, lacerata documenta, ſurſum omnia deorſumque uerſa, confracta, rupta, id certe ſacrilegium eſſe nullo aeuo expiabile. Tot priuilegia & immunitates Pontificias, Caeſareas, Regias, omnes uno ſcelere cum documentis, ac ſigillis ademptas: ferre ſe iniuriam nec poſſe, nec debere, laeſam ſecuritatem publicam, quam maiores inuiolabilem promiſerint, proinde alio migraturam, ubi in ſacerdotium Muſarum inſurgere nefas habeatur.* Senatus modeſtiſſimo reſponſo Vniuerſitatis legatos dimiſit: *Non mandato ſuo, ſed ingenti clamore ciues ad arma uocatos: direptionem Collegii ſe ſcelus fateri, atque in reos ſeueriter animaduerſurum: libros, documenta, ſupellectilem, & quidquid inde ſublatum, ut reſtituatur, uoce praeconis ſub grauiſſimis poenis mandaturum.* Fecit, quae promiſit Senatus, at pauca reſtituta, unus raptorum, quod Studioſo nodulos argenteos de thorace praeſcidiſſet, uirgis caeſus eſt.

Edit. I

† pag. 201

Ciuicus Senatus ſe excuſat.

(a) Anonym. Chron. Erfurt. MS.

Caeſar diem Auguſtae Vindelicorum indicit.

XVIII Caeſar cum per legatos ſopire litem non poſſet, Moguntino, Saxonibus, Ciuitati, Auguſtae Vindelicorum diem indicit: Comparerent ibi per mandatarios ſufficienter inſtructos, ac ſententiam Caeſaris expectarent. Mittunt ſuos Erfurtenſes pacem rogaturi. Cedente adhuc die Dux *Georgius* militem colligit: fama erat, cum Eichsfeldiacos oppreſſurum, ideo per latebras hinc inde, & nemora defenſores diſponebantur, ne qua hoſtis aditus perrumperet. Mittunt etiam exploratores Erfordiam uerſus, qui famae †certitudinem examinarent. Qui cum prope *Salzam* ueniſſent, a Saxonibus impetiti, numero impares, in *Vargulam* Erfordienſe oppidulum fugiunt. Arcem uiginti ſex Erfurtenſium ciuium tenebant, a quibus ſibi dedi petunt Saxones, quos fugauerant. Praeſidium Domini ſui milites ſe recepiſſe ait, quos ſine proditionis crimine dedere nequeat. Saxones arcem cingunt, & aduocatis pluribus copiis uehementer oppugnant; attamen impar erat arci, & animis defenſorum uiolentia, ſed Capitaneus uel intempeſtiuo timore, uel ſordibus corruptus eam dedebat, quod facinus perpetuo exilio luere coactus eſt. Retinuit Dux ipſam arcem biennio, donec bis mille aureis redimeretur. Auguſtae Vindelicorum Caeſar partes audiuit; ſed cum altioris indaginis controuerſia eſſet, quam ut finem eius Caeſar expectare ualeret, Würceburgum, poſtea Schmalcaldium transactionem per legatos expediendam tranſtulit.

Dux Georgius Eichsfeldiae imminet.

† pag. 202

Exploratores Eichsfeldiacos fugat, ac arcem Vargulam expugnat.

Conuentus Auguſtanus ſine fructu diſſoluitur.

Saxon. mandatum Caeſareum pro recipiendis exulibus impetrant.

Pendente lite Saxones mandatum de recipiendis exulibus a Caeſare contra ciuitatem impetrant. Senatus rem ad Archiepiſcopum defert, recipi fugitiuos ſalua republica non poſſe, profugos eſſe non exules, qui nulla ui pulſi, niſi quod male actorum conſcientia urgente abiuerint, nec reditum in urbem tantum ſed tot criminum impunitatem, & cum hac continuationem intendi. * Elector † forti eſſe animo iubet, ſe mandati a male informato Caeſare procedentis caſſationem impetraturum: Electoratum, Capitulum, & opes pro ſalute ciuitatis ſtare. Senatus autem & ciues munimenta ſua, *Cyriaciburgum*, & arces reliquas ualidiſſime cuſtodirent. Animoſi his Erfurtenſes omnia ad defenſionem parant: onerant aggeres tormentis, atque gerris propugnacula muniunt. Iterato Saxones mandati Caeſarei paritionem per literas & deputatos urgent, ni fecerint, breui iuſto exercitu ſe uallum urbis preſſuros. Simul proceres, & nobilitatem prouinciae conuocant, creditum arma contra Erfordiam indicenda. Cuncta haec illico Moguntiam perſcribuntur. Elector rem agi ſerio uidens, centum quinquaginta equites ſubmittit, ſic ut eſſent ducenti Moguntini equites in urbe. Simul

† pag. 203

Moguntinus ciuitatem conſolatur.

Ciuitas ad defenſionem ſe parat.

Saxones obſidionem minantur.

Mog. ſuae urbi praeſidium ſubmittit.

arbores

Edit. I arbores circa uallum, & quae tegere hostem possent, succiduntur. Numen uotis & hostiis placatur: Virgines fluentibus comis, ac candidis uestibus ornatae processiones ducunt. Saxones alacritatem Erfurtensium, & bellicos apparatus cernentes, intentatam obsidionem omittunt. Equites Moguntini uias, & campos oberrant, territisque praedonibus securitatem ciuibus restituunt. Sed & illa motibus internis nonnunquam interrumpitur. Eques Moguntinus in rixas cum ciue incidit, eique *Militum & ciuium contentio.*
† pag. 204 uehementiore ictu † manum amputat. Numerosa ciuium turba caedentem insequitur, sibique dedi a Moguntinis petit. Illi facinus improbant, etiam se reum dedituros, nisi iam fuga sibi consuluisset. Offensi his ciues, studio occultari sontem arbitrantur, ac eorum unus, ciuitati bene non futurum, priusquam Moguntini omnes trucidarentur, ait. Acriter hoc tulit Elector, & uim suae curiae factam, simul conuicium Senatui exprobrauit. Hic improuisum plebis tumultum praecaueri non potuisse, proinde non sibi, sed dissolutis quibusdam de plebe imputare uellet, precatur, utque plenius Electorem leniret, Moguntiam proficisceretur mutilatus, & ibi iure contra laedentem ageret, simul Domino truncatum brachium ostenderet, instigatur, quo uiso Elector omnem offensam deposuit.

* *Anno* MDXI.

Rursus ditiores inter, & tenuis fortunae ciues alia contentio; illi *Simultates inter ipsos ciues.* a Saxonicis saluos conductus emerant, sicque libere negotiabantur, hi contra frequentius pressi. Non diu latuit redimentium immunitas, atque ad Senatum, occulte cum Saxonibus, & ipsis hostibus, ditiores pactos esse, defertur; ille re comperta aliquot millibus nocentes mulctat. * Caesar Coloniae Proceres Imperii conuocauerat, testatoribus, * MDXII.
scribis, ac litium processui leges dictabantur. Causa Erfurtensis uidebatur huic comitio quadrare, uocata ergo ciuitas, monita etiam † ab
† pag. 205 Electore, ut mandatarios mitteret. At abstinuit a lite Caesar, quam *Caesar decidere litem differt.* sine alterutrius Electoris offensa decidere non poterat.

XIX Haec iterum atrocior lis excepit: Concionator ad *S. Seuerum* uerba ad populum ambigua fecerat, quae in Senatus ignominiam a quibusdam intellecta, scilicet: *Dominos maiores urbem prodere, caueret ab iis sibi communitas, a regentibus plus detrimenti reip. quam a uilioribus imminere.* Senatus ab Electorali Sigillifero, ut captum Ecclesiasten ad concionis rationes adigat, petit: *periculosam rem esse, si Praedicatores ad populum factiose loquantur, ibi rebellionem sub coloribus sanctis facilius adornari. Pacis uocem, non discordiarum concionatoribus mandatam, proinde Seuerianum Ecclesiasten coerceret, ut ex publica poena publici delicti atrocitas populo innotesceret.* Sigillifer inquisitionem aliquam praemittendam capturae dicit, seque pro qualitate rei secundum leges decreturum; at Senatus, cui Clerus suspectus, quod Mariani Collegii Scholasticus exulum caput esset, morae impatiens Concionatorem ad custodiam rapit. Clerus laesam immunitatem ecclesiasticam queritur, & in ea Archiepiscopalem iurisdictionem, illam tot censuris, hanc armis quoque munitam. Senatus remittente primo impetu maturius rei momentum discutit, & captiuum carceri Archiepiscopali tradit; ille postea dimissus Romanae
† pag. 206 curiae fulmen in omnes, qui consilio, † uel ope captiuitatem hanc iuuissent, impetrat. Res haec urbis Syndico Doctori *Bobenzahn*, quem ex *Doctor Bobenzahn* Belgio ciuitas uocauerat, ut reip. consuleret, fatalis accidit. * Quippe * MDXIII.
cum tributa importunius exigerentur, ciuis quidam stannearius, impatientia motus, expilari miseram plebem, aiebat, magnos autem Doctores, uti *Bobenzahnium* nihil conferre. Offensus hisce Doctor, ad ci- *sibi ipsi exitium attrahit.*
uis officinam accurrit, ac intus laborantem conuiciis obiurgat. Ille Syndicum, qui semetipsum iam uilem fecerat, nihil suspiciens paribus uerbis petit, hic cantharos & uasa stannea, quae iste uaenum exposuerat, corripiens in opificem coniicit, cum & haec deficerent, gladium

extrahit, per feneſtras diſtractas immittit, uiolentam domus effractionem conatur. Indignabundi haec ciues intuebantur, Doctori, ut deſiſtat, acclamabant: Sic iure non experiri, ſed pacem, & ſecuritatem publicam, quae cuique intra parietes ſuos eſſe ſancta debeat, euertere, huius laeſae reum ſe ſciret. Territus his Doctor, quod iniuriam ciues communem reputarent, ad Carthuſiam fugit: Aſt *Bobenzahnius* necdum in eccleſiae communionem receptus erat, a qua, ſicut retuli, fuerat excluſus: etenim literae, quibus abſoluta curia, *Bobenzahnium* exceperant. Indignus igitur aſyli iure extractus eſt, & capitaliter etiam aliorum criminum † accuſatus. Magna cum Saxonicis miniſtris familiaritas inquiſitionem promouit. Subiectus quaeſtioni, ſe conſilia de ciuitate Principibus Saxonicis tradenda agitaſſe fatetur. Siſtitur Electorali iudicio; quod ſecundum allegata in quatuor partes diſſecandum pronuntiat. Ductus ad ſupplicium e monaſterio Seruitarum uenerabilem Euchariſtiam exponi ſibi rogat, & per eam ſuper innocentia ſua iurat, confeſſionem tormentis, quibus illegitime ſubiectus fuiſſet, imputat. Verum nihil his profecit, ſed permiſſa breui adoratione ulterius ad ſupplicii locum deductus eſt.

Edit. I

In Carthuſiam fugit.

Extrahitur.

† pag. 207

Condemnatur ad mortem.

Moritur Elector Vriel, *& ſuccedit* Albertus, *cui ciuitas gratulatur.*

XX Necdum hoſtes infeſtare ciues, & ruricolas deſiere, auxitque timorem Electoris *Vrielis* obitus, at mox *Alberti* felix electio animos reſtituit. Huic de Electorio ſanguine nouo Electori & Domino, ciuitas uerboſa epiſtola gratulatur, ſimul in tot aduerſis ſe protegi rogat: notiores calamitates ſuas, quam ut narrari debeant, ſed Numen iam finem promittere, poſtquam in ſancta Sede tantae poteſtatis & prudentiae Archiepiſcopum locaſſet, gratulari ſe non tam Electori de Sede, quam matri, patriae, ſibi, de tanto Principe, atque huic omnia, quae debeant, offerre, ſcilicet ſanguinem, & bona ciuium, Domini nutum expectare. Elector obſequii promptitudinem laudat, facultates ſuas omnes pro incolumitate, † & protectione urbis ſpondet, ſuos etiam legatos Erfordiae nouis mandatis, ut ciuitati conſulerent, inſtruit. Ad hos primam litem, praeteriti quidam in huius anni Senatu, cum tamen ante quinquennium in recurrentis circuli Collegio fuiſſent, deferunt, multum de iniuria conqueſti: auditis utriusque partis allegationibus, ex aequo res compoſita eſt. Vt uero tandem urbs ſuae quieti reſtitueretur, *Albertus* omni induſtria diſſidiis internis mederi, atque externas calamitates amputare conſtituit. Litibus ciuium coercendis, rogante Senatu & populo, Edictum de pace ſeruanda ſub capitalibus poenis promulgat, ſuoque Iudicio ſeueram iſtius ſanctionis executionem iniungit. Inſuper Elector ſe neceſſitates externas amoliturum promittit. Sed quid uiciſſim obſequii ciuitas praeſtaret? illa ſe, ſuaque omnia obtulit, cum omnia deberentur. Elector ſponſione generali non contentus, quid ſibi debeat ciuitas, ſe non ignorare; loqui uero annales ſaepe minus praeſtitiſſe, quam debuerit. Exemplo ſequelam, & ſeruitia militaria eſſe; nihil ciuili ſocietati naturalius, quam ut imperantes ſubditorum armis defendantur, & tamen idipſum *Bertholdo* fuiſſe diſputatum; idem ſe, quod anteceſſoribus contigit, expectare debere. Ciuitas ſequelam negare ulterius nititur, ac Moguntinis frequentia exempla, & inter ea † illuſtrius Noueſienſe allegantibus, immunitatem a ſeruitiis militaribus ſe magni ab Archiepiſcopis emiſſe reſpondet. Illi de redemptione hac ſibi nihil conſtare aiunt, cum tamen uetuſta eſſe non poſſet, quia uix patrum memoria Adolfum Electorem Noueſium ſecuta ſit, nec memoriae tam labilis Moguntiam crederet, ut tanti momenti negotium paucis annis exciderit. Praeterea titulum, in quo ſe fundat, editis inſtrumentis probaret; Archiepiſcopum fidem anteceſſorum ſanctam habiturum. Vrbici Noueſianam expeditionem Imperii fuiſſe reponunt, quam ſub Moguntiae ſignis auxerint; nunc de Electoratus neceſſitatibus agi, num & has armis leuigare teneantur; ab iis uirtute maiorum ciuitatem exemptam, ſe ab auis accepiſſe, fidem curiae monumenta fulcire.

Electoris Reſponſum.

† pag. 208

Eius edictum de pace ſeruanda.

Obedientiam urbis ſolicitat.

Haec ſequelam negat.

† pag. 209

Quo-

Edit. I Quorum editio cum peteretur, Senatus totum Archiuum uersat, utque in multitudine solet, alter alterum solicitat: adesse literas omnes audiuerant, uiderat nullus; cumque non perpenderent, unum loquentem sexcentos auditores non testes efficere, literas amissas creditum est. Moguntinis rei uanitatem exponentibus, tandem sequelae, & militarium seruitiorum promissionem ciues renouant, arma sua pro Electoratu, proque foederatis eius fore. Ea tamen fide literas istas perditas † pag. 210 credebant, ut clausulam his concordatis annecterent, si † priuilegium rite datum, in quo a seruitiis militaribus liberi pronuntiati sint, inuenirent, ratum illud, istaque sponsio nulla esset†, Acta haec in die *S. Adelarii*, ac data a Senatu, Quaternionibus, & Opificibus fide confirmata sunt.

Melius edita promittit.

† *Auctor anonymus* lib. I cap. VIII § IV p. 58 & seq. *Mirandum sane*, Gudenum, *quae sequuntur, rursum omisisse: quod forsan consulto fecit. Vt autem pateat, quem sibi proposuerit scopum, sequentia ex ueteri quodam ms. apponam*: Da antvvvortet ein Rath; Sie vvüsten nicht anders, denn dass sie vor zeiten dem Bischoffe die Folge abgekaufft; dessen sie noch gut Sigel und Brieffe hätten. Da sprachen die Räthe von Maintz: So ein Rath nicht Brieff und Sigel könte aufvveisen, so vvären sie ihm schuldig zu folgen, als ihrem rechten Erbherrn. Da giengen unsere Herren in den thurn mit den Vormündern, suchten in allen kisten und kasten, und funden die Brieffe doch nicht. Man nahm auch etliche Herren vor, so zuvor im Rath gevvesen, und fragte sie um die Brieffe; aber sie sprachen alle nichts anders, dann dass man dem Bischoff nicht schuldig vväre zu folgen; es vvaren gute Brieff vorhanden. Wie man aber die Brieffe nicht finden konte, und der Bischoff solches merckte, bate er unsere Herren, sie solten die Brieffe vorlegen, oder solten ihm die Folge zusagen: vvo sie aber das nicht thun vvolten, so vvolte Seine Churfürstliche Gnade keinen beystand thun. So vvaren vvir die zeit in grossen ungnaden bey den Fürsten von Sachsen, und hatten auch die Brieffe nicht, und jederman vvar uns gram. Darum sagten vvir dem Bischoff die Folge zu mit leib und gut, doch mit dieser bedingung; vvelche zeit sich die Brieffe vvieder finden vvürden, solte diese verschreibung und vervvilligung nichts seyn. Dessen musten sich die Räthe mit dem Capitul verschreiben, und Brieff und Sigel einem Rath geben. Actum 1515, in die Adolarii. Da gaben alle Viertel und Handvvercker Brieffe vor sich den Rathen von Maintz. Es lag aber um diese zeit ein Herr des alten Raths gefangen: und da er gemartert, und er bekante doch nichts. Und da er vvieder loss vvard, offenbahrte er dem Rath und Gemeinde die Brieffe; und vvären sie in der erste vorhanden gevvesen, so vväre man desto ehe zu ende kommen. Und vvar also die Folge vvieder aufgehoben.

Albertus *se uenturum nuntiat.*

Poſt haec *Albertus* uenturum ſe, atque ſolenni pompa urbem introiturum Senatui ſcribit, faceret ille, quae maiorum exemplo deberet. Ciuitas hoc nuntio laeta ingentes apparatus inſtruit. Zythopolae cataphractas ſuas, quas ex lege habent, expoliunt, opifices thoracibus ferreis, & galeis armantur, ditiores ciues equitatum adornant, diuiduntur in cohortes, & ſingulae ſuis ueſtimentorum coloribus diſtinctae; inſtructa hoſpitia, uictus & commeatus abunde comportatus. Donaria inſuper, quae in teſſeram obſequii offerrent, comparantur. Cuppa ingens argentea, auro inducta, nummis Erfurtenſibus replenda Archiepiſcopo, ſimul pallium purpureum holoſericum Zoblinis ſubductum praeſentari debebat. Subinde armorum luſtratio, & pompae ordo in ſpecimen futuri luxus inſtituitur. Saxones actum fore de conſiliis ſuis in Erfordiam, ſi ciuitatem Elector ingrederetur, exiſtimant; Senatui *delatum ſibi* ſcribunt, *Moguntinum Electorem urbem ingreſſurum: diſſimulare ſe aduentum poſſe cognati Principis, ſi more, rituque maiorum fiat. Veniſſe olim Archiepiſcopos raro comitatu,* † pag. 211 *non tam gladio, quam pedo munitos, ſicque Praeſulem* †*a ciuitate receptum. At* Albertum, *tantarum potentiarum Principem, maiora cogitare, nec ſine armata multitudine prouinciam ingreſſurum, id eſſe, quod pati nolint, ac cum uirium ſuarum, & opum iactura prohibere cogitent. Caueret ciuitas, ne contemptis auorum inſtitutis contra morem Archiepiſcopum ſuſpiciat, & hoc auſu non ſolum*

Ciuitates apparatus.

Aduentus Mogunt. Saxonibus ſuſpectus; id quod literis tum ad Senatum

libertatem ſuam exponat, ſed inter potentiores odia ſuſcitet, non alio, quam excitantis ſanguine placanda. Similem in ſenſum aſt humanius Electori *Alberto* ſcripſerunt. Hic de iniuria queritur: *Non tam introitum ſuum in Erfordiam, quam urbis quietem formidare Saxones, aduentu ſuo promouendam: ut ciuitas taedio rerum aduerſarum deiecta Saxonicum dominatum ſubeat, hanc ſummam conſiliorum eſſe. Quorſum anteceſſores obiiciantur? illos Erfordiam ut ſuam urbem pro lubitu adiuiſſe, ſuſcepiſſe a ciuibus iuramentum, & ſi quid ordinatio ciuilis defecerat, emendaſſe, ſic, & non aliter ſe uenturum. Inanis pompae differentiam ipſi rei nihil addere: ſimplicem maiorum aetatem humilibus contentam, nec ſe ab illorum frugalitate receſſurum, niſi luxu parium, imo inferiorum, ad aliquem faſtum cogeretur: Sed & anteceſſores uſitata aetati ſuae pompa ac ſaepius armatos ueniſſe, proinde & ſe cum eo comitatu uenturum, qui praeſentis ſaeculi moribus conueniat.* Nouus dies aduentui in uigilia *S. Martini* indicitur. Ciuitas omnem opem pro ſecuritate introitus pollicetur; at Saxones uniuerſam Thuringiam armant, aditus obſident, pontes etiam ſuper Oniſtrutam fluuium, ſi forte Magdeburgo † ueniret, deiiciunt. *Albertus* ob rei difficultatem propoſitum † distulit.

Edit. I

ium ad Alb. *declarant.* Alberti *reſponſum.*

Nouum diem aduentui dicit Elector. Saxones impediunt.

† pag. 212

XXI Diuerſis animis pro uarietate affectuum Electorem ciues expectauerant; habebant enim ſuos in urbe profugi, per quos factiones alerent, hi crebrius damna & pericula, quibus ob indignationem Saxonicam ciuitas ſubiaceret, occinunt: Vnicum mali remedium amicitiam Principum fore, qui niſi receptis exulibus placari nequeant. Reciperentur ergo ad urbem, & focos ſuos exules, ac ſimul incolumitati ciuitas reſtitueretur. Perſuaſum per haec multis, ut & foris, & domi de placandis Saxonibus conſilia haberentur. Vt primum haec Moguntinus reſciit, iniquitatem attentati ciuibus & Senatui demonſtrabat. Illi ſe fideles Sedis Moguntinae, ſanctique patroni ſui *Martini* ſubditos, ſine Archiepiſcopi aſſenſu nihil conceſſuros, nec a uero & hereditario Domino Electore, & Sede ſeparari ſe paſſuros reſcribunt. Inſuper ut Archiepiſcopus lites cum Principibus Saxonicis pro ſuis haberet, humiliter rogant. Sed in delatorem ipſum, qui reip. arcanum Moguntino prodidiſſet, inquiſitum. Cecidit ſuſpicio in Doctorem *de Margaritis*, ex uetuſta & nobili huius nominis familia oriundum. Hic captiuitati traditur, dein ad Vniuerſitatis inſtantiam praeſtita cautione dimiſſus, uariata ciuitatis inclinatione † Moguntiam fugit. Clam interim cum Saxonibus continuata conſilia. Igitur inhibitiones Caeſareae accedunt, ne ſine conſenſu Domini hereditarii cum Saxonibus paciſcerentur, aut in protectionem eorum ſe darent, nec profugos reciperent, ac ſi factum id iam eſſet, renuntiata ſecuritate, urbe pellerent, euentumque litis apud Caeſaream maieſtatem pendentis expectarent. Mandata haec Caeſar non ſolum in literis, ſed & per Legatum dedit. Aſt praeualuerunt exulis *Goedenii* machinationes; hic foris Principum ſuſpicionem erga Moguntiam firmauerat: hoſtiliter haberent Erfordiam, quamdiu Sedem Moguntinam ſuſpiceret, ut ſaluam ſe non niſi Saxonum fauore ſciret; breui poſtmodum aduerſitatibus preſſam obſequia Principum ſubſturam. Hi *Goedenii* conſilium ſecuti, ciues infeſtarunt, usque dum ſubacti malis ad pacta cogerentur, & placandos eſſe Saxones concluderetur. * Miſſi ad Principes Deputati: Landgrauii territorialium Principum titulo honorantur, pactis Budſtadii, poſtea Naumburgi dies indicitur, ibique coram Ducibus, & profugis agente *Goedenio* in certas leges conuentum eſt. Potiſſima fuit: ***Exules in urbem & ſua honorifice reciperentur.*** Offendit haec res ſummopere Moguntinum: hae tot impenſarum & ſubſidiorum grates, tot promiſſorum fides, uinculorum, quibus a multis ſaeculis † Erfordia Sedi Moguntinae ſubiecta fuerit, obſequia, uel potius iniuriae eſſent? contra quas ſibi, ſuaeque

† pag. 213

† pag. 214

Nutantes Erfurtenſes a Mog. reprehenduntur. Eorum fucata excuſatio.

Caeſar ne ſine Mog. conſenſu cum Saxon. paciſcantur inhibet.

Goedenii *machinationes.*

SCtum de placandis Saxonibus.

Exules recipiuntur. Moguntini querelae.

Sedi

Edit. I Sedi beneficia quaeuis reſeruaret, ſciret municipium, ſe uindicem rebellionis futurum. Non minus haec colluſio Caeſarem offendit; igitur ſub poena quinquaginta marcarum auri, & Imperialis, ut uocant, Banni de plenitudine poteſtatis in irritum pacta reuocat, ſine Moguntinae Sedis, & Electoris praeiudicio eſſent, definit. At inconſtans multitudo praeſentem quietem amplexa, remp. iisdem ſcopulis, quibus hactenus, mox iterum allidendam non praeuidit, atque minus Caeſareum mandatum habuit, poſtquam anno ſequenti nouae licentiae habenae hic laxatae, ipſaque Caeſaris mors paulo poſt interuenit. Recepti in urbem exules, & ante omnes *Goedenius* cum pompa, nec ſine lite reductus. Saxones ius conducendi per urbem ſibi arrogauerant; ſed ciuitas regale alienum inuadi contendit, ac ante portam aduentantem excipiens, dimiſſis Saxonibus, ſuam in domum, quam indito ab imagine *S. Mariae* nomine, ad occidentales gradus Marianos aedificauerat, triginta equitum turma reducit. Statim potentiorum dominatus iterum emerſit. Ad aerarii leuamen reducta Senatuum collegia, iterum augentur, ciues tributis premuntur, omnis ſexus, ac aetatis capita cenſentur, niſi quae † pag. 215 uagitus excuſaret: per † anni quadrantes collectae indictae, etiam praedia, & bona mobilia ciuium uectigalibus ſubiecta ſunt. Ne ciuitas rapinis paucorum eneruaretur, *Albertus* ſaecularibus litigiis quaerere medelam conatur.

Caeſar tranſactionem Erfortino-Saxonicam caſſat.

Reditus Goedenii.

Priſtinis miſeriis urbs immergitur.

* *Anno MDXVI.*

XXII Annum hunc an Hegirae dicam? certe ex *Lutheri* fuga hiſtoriis celebratum. Iſte familiae ordinis Eremitarum *S. Auguſtini* Monachus Erfordiae profeſſus, antea *Luder* nomen habuit, quod Vniuerſitatis matricula, aliaque documenta, quibus nomen (*a*) inſcripſit, referunt; humilitatem & cum ea reliquas uirtutes abiecerat, uacuum iis animum ambitio cum pediſſequis intrauit: aptiſſimum ſubiectum, quia non uile adeo ingenium, certe magnam audaciam reperit. Statim ille in ſcenam prodiit, & cum eam ſine aduerſariis ludere non poſſet, illos, qui indulgentias ex fidelium theſauro charitatis opera poenitentiae iungentibus annuntiabant, prouocat, mordaci ſtylo, quem acrem in uernacula, & elegantem habebat, inſequitur. *Vaenum hic caelum proponi inaudito commercio, Italos pecunias, non animas Germanorum ſectari*; his & ſimilibus perſtringendo abuſum, ipſum rei ſanctiſ- †pag. 216 ſimae uſum † in inuidiam multorum perduxit. Aſt noua dogmata non auſus Erfordiae promulgare, e monaſterio fugiens Wittenbergam profectus eſt, ubi cum initia haereſis ſpargeret, ac temere in dubium reuocaret illa, quae iam diu Patrum decreta firmauerant, ſaepius etiam olim ab haereſiarchis prolata, eccleſia damnauerat, nec erubeſceret errores in uulgus typis ſpargere, fama rei ad *Leonem Decimum* Pontificem Romanum deuenit. Is rei periculum, & quod leuibus initiis ad ingentia molimina breue ſit per religionem iter, obicem mature ponendum ratus, *Lutherum* ad dicendam cauſam Romam citat; aſt *Friderico* Saxoni, multisque Principibus *Lutheri* conatus placuerant: Eccleſiaſticorum opes, exemptio, potentia, inuiſa regnantibus nomina, in praemium noui ritus propoſita; addita ſentiendi libertas, ampliata ad caelos uia, ſubſtituta diſciplinae licentia, palliata ſcelera: iſta *Luthero* Principum tutelam, haec profugorum & plebis uexillum praebuerant. Sed & Praefecti ſacrorum auaris impoſitionibus religionem exoſam reddiderant, dogmata fidei a perſonarum uitiis, aut commentis ſingulorum non ſecernentibus: alius caelum exponebat, ut pecuniam, ille fingebat miraculum, anathema ut acciperet, atque pietatis ſub inuolucro, ſimplicitas laicorum emulgebatur, ut ad excitandam eccleſiam † pag. 217 eſſe † haereſin oportere, ipſi Numini uideretur.

Lutherus Erfordiae ex monaſterio fugit.

Initia haereſis ſpargit Wittenbergae.

Cur dogmata Lutheri applauſum acceperint.

(*a*) Capitulum Marianum *chirographum habet ipſius* Luderi, *quo, monachus adhuc, fatetur, ſe ab* Henningio Goedemio *mutuos quinquaginta florenos accepiſſe, quod nomen creditor eccleſiae legauit.*

Anonymus

Anonymus lib. I cap. XI § V p. 129; *Quae conuitia* Gudenus *hoc in* Lutherum *euomuerit, notum est. Forsan infra lib. III occasio dabitur, ad ea respondendi.* Sedenim, cum ad ea, quae sciam, nondum respondeRit, iuuabit huc conferre, quae *Seckendorfius*, aduersus eos, qui scommata inde in *Lutherum* composuere, quod iuuenis promiscue *Lutheri* & *Luderi* cognomine usus fuerit, habet lib. I *Hist. Lutheran.* § VIII p. 19. Edit. 1

Egit Pontifex apud *Maximilianum* Caesarem, ut Augustam Vindelicorum *Lutherus* citaretur. Accepta securitatis fide adest, (*a*) & *Caietano* Pontificis Legato sistitur. Multa ibi simulauit: Pontificis auctoritatem sibi sanctam esse, scriptis suis ab inuidis sequiorem sensum affingi. Cum Legatus ex uero argueret, se doceri uelle dixit, & poenitentiam ostendit, at breui nemine salutato discessit. Fuerunt, qui Caesarem de seruata fide arguerent: in herba supprimi debuisse tantum malum, & cum sparsurum aliquando semen non praeuiderit Caesar, tolerandum nonnihil censuisse, quo nimia Romanensium elatio castigaretur, uel etiam sectis in diuersa studia Imperii statibus, Imperatoris arbitrium reuiuisceret. Quae consilia de pientissimo Caesare quis crediderit? quem latere non potuit in religionis erroribus, ubi sparsi in uulgus, nihil modicum dari. Certe, utut Christianae religionis uerecundia huius saeculi haeresibus onerata, Romanae tamen Sedis auctoritas inter aduersa creuit, dum eam immensa terrarum spatia, quae ueteres ritus uel retinuerunt, uel acceperunt de nouo, aemulorum odio, an metu tuentur apertius, & cum frigida olim deuotione suspicerent, nunc studiis aemulatione succensis, † resectos Septemtrionis angulos uberrime compensant. † pag. 218

Lutherus citatur Augustam.

Se subducit.

Caesar seruatae fidei arguitur.

An Romana Sedes sitis haeresibus labefactata.

(*a*) Sleidanus *lib.* I Commentar. de statu religionis.

XXIII * Ecclesia Mariana (*a*) *Rudelstadium* maius ex pactis ante saeculum initis se redempturam Senatui indicit: ille moras nectit. Clerus missis quatuor Canonicis, tabellario, & testibus pretium in curia offert. Senatus pro uili, quod dederat, pretio tantae mercis fructus dimittere nolens, uariis exceptionibus negotium protrahit: dudum redimendi iuri praescriptum esse; praeterea in nuperis motibus plebem cum Senatu conuenisse, ne pagum ullum dimitteret. * Clerus pecuniam penes Collegium *S. Seueri* deponit, ac cum parum opis Moguntia sperare posset, *Ioannem* Landgrauium adit, negatam a Senatu fidem defert, qui nil aliud excipiat, quam cum plebe se legem iniisse, nè legibus teneretur. Incolae pagi insolitis exactionibus ab urbe pressi Dominos pristinos respexere; mittit Senatus, qui coercerent, mulctati alii, alii uincti, omnes territi sunt. Post biennium Landgrauius auctoritatem interponit, citatisque partibus transactum est: retineret ciuitas pagum adhuc annis duodecim, postea redimendi ius Mariano coetui integrum esset.

Clerus Marianus Rudelstadium *redimere uult.*

Senatus renuit.

* MDXX.

* *Anno MDXIX.*

(*a*) Monumenta Archiui Mariani. *Vide supra ad annum* 1322, 1439, 1452, *& infra lib.* 4 *n.* 36.

XXIV *Lutherus* Wittenbergam reuersus turbis & seditionibus classicum canit. *Carolus* † Caesar (*a*) Wormatiam ad dicendam causam † pag. 219 uocat. * In itinere hanc urbem transit. (*b*) Dogmatibus suis iam infectam, utque popularem auram magis captaret, concionem publicam in templo Augustinianorum indicit. Frequentissimus ibi confluxus, ut & interior ambitus tanto oneri impar primo ruinae sonitu casum minaretur. Ingens hinc strepitus fugientium, & totius auditorii confusio. Praeco diaboli infestationibus imputauit ostentum, qui ueritatis doctrinam impediret. Alii de sui profanatione mutam etiam aedem exclamare dicebant. Argumentum concionis a pacis denuntiatione sumpserat: scilicet seditiones passim nouum ipsius euangelium mouit; ut ergo sceleris famam declinaret, excitato iam populari tumultu de pace loquitur, sed nec id sincere, passim in Clerum animis auditorum accensis. His licentiae stimulis animata plebs (*c*) post aliquot menses in ecclesiasticos insurgit, aedes Canonicorum effringit, percurrit, spoliat, nihil huic furori sanctum, omnia fracta, natabant in effuso uino dolia, multi-

Lutherus *Erfordiam transit.*

* MDXXI.

Concionatur.

Ostentum.

Plebs a Luthero animata Clericos spoliat.

Edit. I multique Clerici uerberibus excepti. Durauit hic furor in multam noctem: nuntiat Clerus Senatui pericula, debitaeque protectionis monet;
† pag. 220 ille primo surdis auribus excipit, † at postquam omnia per tumultum euersa iacerent, satellites mittit, qui spoliantium turbas dispellerent. Sed tuti latere Clerici non poterant, nisi cum prius decem millia florenorum Senatui dedissent, insuper collectas, & onera ciuica subituros se promitterent, idque instigante Senatu his motibus actum est, ut Clerus ad tributa cogeretur.

(a) Sleidanus. (b) Cochlaeus & MS. Chron. Erfurt.
(c) MS. Chron. Erfurt.

XXV *Albertus* urbis seditionibus offenditur, frequentissimis citationibus in ius uocat, & Caesarem ad coercendos rebelles adit. Hic aboleri uectigalia (a) citra Domini consensum indicta, mensuram uini magnitudini pristinae restitui, protectionem Saxonicam abiurari, subiectionem iureiurando promitti sine clausula mandat. Spoliati uero Clerici, querelam in Imperiali iudicio mouent. *Tilemannus Brandis*, Hildesius, ecclesiae *S. Crucis* in urbe patria Praepositus, Collegio literario, quod Saxonicum dicitur, huiatem Academiam auxit: Decanus, stipendiati uariis legibus studiis addicti, commendata morum probitas, atque id in familiae & patriae fauorem disposuit fundator, ut ius patronatus penes seniorem *Brandisium*, praesentandus ex eadem cognatione, aut saltem Hildesius esset. Secuta noua contentio. Curiam suam Elector lapidea mole magnificentius † erigere coepit. Suspecta quaeuis male agentibus: arcem Moguntinum in urbe meditari, ex qua dominatum exerceat; obstandum initiis, priusquam in munimentum exurgant, ac armatis intra reconditis ciuitas ad iussa cogatur; praeterea libertatem urbis obscurari, si in ea palatium, quasi residentiam, Princeps habeat; ideo Senatus Officialibus Electoris, esse quae colloquantur, nuntiat, uellent conuentui locum, & horam dicere. Illi non satis fidentes, ut loci religione tutiores essent, in templo *B. M. Virginis* Senatus Deputatos se excepturos aiunt; ubi cum dicta hora conueniissent, urbici mandata exponunt: *Senatum & ciues nouum opus, quod meditetur Elector, suspectum habere. Inscia republica nec incipi debuisse, nec posse perfici; desisterent igitur a coeptis, nec simile posthac, nisi consulto prius Senatu conarentur, item a Lapicidina in urbis districtu confestim abstinerent. Porro Senatui compertum, Officiales Moguntiam scribere, quae discordias excitent, ac Electoris animum a ciuitate alienent; id impune posthac non futurum.* Ad haec Moguntini *temeritatem esse* aiunt, *quod Domino a subditis exstructio domus prohibeatur, an illi, cuius auspiciis moenia quondam & turres surrexerint, nunc quatuor erigere parietes interdiceretur? uanum timorem ab una, lapidea licet, domo esse; debere potius urbem Electori gratias, quod eleganti aedificio exornetur; lapicidinas regalium iure sibi uindicare Moguntiam, cui audaci calumnia negentur. Ceterum quod imputatas sibi relationes rerum, quae † Archiepiscopum offendant, attinet, nihil se scribere, nisi quae ui iuramenti debeant; quod autem inter ea non raro sint, quae potius laedant, quam concilient Electorem, id non sibi, sed facientibus imputandum: haec Senatui renuntiarent.* Ille responso Moguntinorum magis offensus, lapicidis ac murariis pergere in operibus inhibet, ut ita saltem aedificium sisteretur. Haec res postmodum longo processui materiam dedit, & facta nuntiatio ab Imperiali Camera iudicialiter cassata est.

Albertus in ius uocat Erfurtenses.

Collegium Saxonicum fundatur.

Erfurtenses nouum opus Electoris nuntiant.

Officiales delationis arguunt. Moguntinorum responsa.

† pag. 221

† pag. 222

(a) *Haec & sequentia ex actis publicis in aperto sunt.*

* Magna rerum in Dania mutatio, (a) dum ab ea Sueci deficerent, *Christierno* Regi, Caesaris *Caroli* sororio exilium procurauit. Exutus Regno, a Romano Imperio auxilia contra subditos petit.

*MDXXIII. *Daniae Rex pellitur.*

Subſidiarii Caeſaris circa Erfordiam ſubſiſtunt. & Erfurtenſibus ſuſpecti ſunt. Moguntini deſuper literae.

Caeſar quinque millia armatorum in opem affinis ire iubet, hi pagos Erfurtenſium tranſeunt, & in iis aliquamdiu noua Caeſaris mandata expectant. Magnus timor urbem inuaſit, ipſosque Saxones ſuſpicio, quaſi res haec Erfordiam ſpectaret; Danicum iter praetextus eſſet. Communicantur interim conſilia, & ne quid hoſtiliter in ciuitatem machinaretur Elector, Moguntiam ſcribitur. Ille aliena non quidem a meritis, ſed a ſuo propoſito timeri reſpondet, iſtud non ſe negare, ſi receptorum nuper exulum incantationibus inſana ciuitas, in coepta inſolenti peruicacia pergat, ſine deſidiae uitio diſſimulare †Sedem ulterius haud poſſe. Interim Caeſareanorum diſceſſus metum ſuſtulit. Edit. I † pag. 223

(*a*) Sleidanus *lib.* 4 Hiſtor. de ſtatu religion. & reip. MS. Chronicon Erfurtenſe.

Ruſticorum motus.

Notae Eccleſiae Lutheranae.

Ruſtici urbem ingreſſi templa & Clerum ſpoliant.

XXVI * Ruſtici per Germaniam notio Euangelio temulenti, paſſim in Magiſtratus & Dominos inſurgunt: turbas doctrinae ſuae notas *Lutherus* Wormatiae dixerat; (*a*) igitur ne absque ſignis eſſet eius eccleſia, rebelles inhumana crudelitate, & ſeditionibus eam notant. Erfordiam undecim millia ruſticorum (*b*) ex pagis eiusdem ingrediuntur, accepto prius licentiae ſigno a Senatu: nam & patulae relinquebantur uenientibus armatis portae, nec in alios, quam in ipſius indignationi ſubiectos ſaeuitum eſt. In Electoralem Curiam, aedes ſacras, & Clericorum omnis furor effunditur, etiam conſiſtentes hinc inde Diuorum ſtatuae profanatae ſunt. Sanctus *Martinus*, celebratus ille a prima Chriſtianitate patronus urbis, in imagine rabiem ſenſit; nam ad humiliorem turrem interioris Brületenſis portae lapidi inciſus, in illo furore capite, equus pedibus truncatus hodiedum inſaniam teſtatur. Diuiſi in turmas ruſtici, pars templa effringit, nihil ibi ſanctum, deiiciuntur arae, proculcatur ornatus, & uaſa diuino cultui deſtinata furibus in praedam cedunt: Centum argenteos, aureosque calices ex una baſilica Mariana auferunt. Diuites eccleſiarum ſupellectiles, †argenteas ſtatuas, & multa pretioſa contrectant, imagines, quas materiae pretium non commendaret, deiiciunt, ipſique proceres ſuis ſtatuis ſe ſpoliatos, praeſertim ab exteriori parte chori Mariani hodiedum lugent. † pag. 224

* *Anno* MDXXV.

(*a*) Sleidanus *lib.* 3 de ſtatu religion. (*b*) Anonym. Chron. Erfurt. MS.

Senatus tumbam argenteam SS. Adelarii & Eobani aufert.

In mortuos tamen nihil auſus hic furor, at Senatus & eos ſpoliauit: Sanctorum *Adelarii* Erfurtenſis Epiſcopi, & *Eobani* oſſa ad *B. M. Virginem* in tumba argentea quieſcebant, hactenus ſingulis ſeptenniis, ſolenni feſtiuitate, per urbis praecipua templa, comitante populo Numini ſupplice, circumlata: hanc urnam ſanctis reliquiis Senatus inuidit, atque in curiam deportari iuſſit; poſtmodum nummi exinde cuſi, & quaſi re bene geſta *tumbales* appellati ſunt †. Sacra corpora in coſtis quibusdam, & membris deficiunt, uel liberali pietate hinc inde ſacrariis ſubmiſſa, uel truncata per hunc tumultum, poſtea compactili materia redintegrata ſunt. Pars alia tumultuantium, plus quam brutali feritate Canonicorum aedes infeſtare, feneſtras, ſcamna, menſas, fornaces confringere, ſupellectilem pretio magis, quam pondere ualentem in praedam ſeruare, reliqua in plateas & aquas proiicere; idem in Electorali curia perpetratum. Vinum liberalius bibebant, quod reſiduum, confractis doliis in terram effundebant. Mero graues ipſis Clericis omnia dira imprecabantur, hi, ut uitae conſulerent, † proiectis ordinis ueſtibus incertas latebras, & humillimum quemque clientem, ubi nulla ſuſpicione proderentur, petebant. Triduum durauit haec inſolentia, cum nuntius de ſtrage ruſticorum ad Franckenhuſium eam compeſcuit: deiectis in terram uultibus, ut tamen plus triſtitiae, quam poenitentiae colligeres, & ligatis in ſarcinam ſpoliis ad ſua reuerſi ſunt. † pag. 225

Senatus Parochos Catholicos pellit.

Continuauit Senatus inuaſiones, & a parochialibus eccleſiis ueteris fidei miniſtros expulit, atque ne populus ad diuina conuocaretur, ex campanis piſtilla detraxit. In Hoſpitali maiore liberum adhuc

Edit. I adhuc erat religionis exercitium, in templo *S. Seueri*, & coenobiis, Numini clausis ianuis litabatur, in aliis uel nullum, uel nouum euangelium praedicatum, ipsa basilicae Marianae cathedra profanata fuit. Saxo Elector, per *Thunium*, *Planicium* equites, & *Philippum Melanchtonem*, Legatos, rituum innouationem ursit, imo in pagis urbis iubere praesumpsit. Ciuitas se consilia, non mandata sequi contestata est. Defectionem hanc aemulatio, uel odium Moguntinae Sedis promouit, illoque instigante longius a ritu ueteri, quam per omnem prouinciam recessum: huic inter miniatos sunt multi coelitum dies, quos ciuitas atro charactere notauit. Retinuit antiquum Christianitatis morem ui- † pag. 226 cinia, quod ternis campanarum pulsibus hominum † pietatem, uel saltem aliquod suspirium de die prouocet, ast hic ille mos abolitus, & silentium indictum. Moguntinus Elector apud Caesarem, & Principes (*a*) de rei iniquitate queritur: Senatum undecim millia subditorum in urbem recepisse, hos in Electoralem curiam, tabernas, telonium, in Canonicorum familias, in ipsa templa salua ceterum urbe rabiem uertisse. Haec omnia dolum Senatus arguere, nulla de raptoribus sumpta supplicia, continuata a Senatu spolia, & ea peracta, quae mali incentorem manifeste conuincant. Eo iam Erfurtensium insolentias excreuisse, ut non in suam tantum, & Electoratus, uerum in uniuersi Imperii iniuriam tendant, si impune in rep. Romana sic peccare liceat. Querelae discussio foederi Sueuico demandatur, quod nuperis (*b*) annis ad coercendum rusticorum furorem magni Principes, & inter eos Moguntinus, renouauerant. Discutitur a Senatu foederis Augustae Vindelicorum congregato rei momentum, sed commodius peculiari conuentui posse reseruari uisum est. * Interim ciuitas, ut *Cyriaciburgo* suo melius consuleret, profundissimae capacitatis puteum, quem hodie miramur, effodit. Di- † pag. 227 aeta Hamelburgi indicitur, ubi coram † Legatis foederis causam utrinque agunt Moguntini, & Erfurtenses, ac post longam disceptationem, ex placito partium res ita composita est: Condonaret Elector hactenus perpetrata ciuibus, illi uicissim, ut fideles subditos decet, Electorem suspicerent, ciuitas Electori pro damnis in curia, tabernis, telonio illatis bis mille quingentos aureos penderet, ecclesiis ornatum omnem, uasa, gemmas, pretiosa, quaecunque recuperari possent, intra mensem restitueret, pro deterioratis & deperditis mille ducentas argenti puri marcas solueret, non aliter nisi in ecclesiarum ornatum impendendas. Tribunalia potestati & integritati pristinae restitueret, publicanorum & satellitum aedes, ac imperii meri furcas eo loci, & qua forma steterunt ante motus, propriis sumptibus iterum erigeret, nec in istarum refectione Moguntinos impediret, liberum ac publicum in Collegiatis ecclesiis, & ad *S. Petrum* Catholicae religionis exercitium esset; quoad reliqua templa transactione, uel laudo praesenti nihil dispositum, alia matrem inter & filiam litigia, per deputatos sufficienter instructos foederi Sueuico submissa, Clericorum priuata damna, quae in ciuili rabie ante nouennium acceperant, transactionis articulis, sed ea lege inserta sunt, ne ante assensum eorum, quorum intererat, praeiudicio essent: scilicet instrumentum obligationis, † pag. 228 in quo † Clerus tributis uiolenter subiectus, Senatui foederis Sueuici ad cassandum traderetur, indictiones ecclesiasticorum abrogarentur, Clerici accepta damna condonarent, extorta sibi decem millia florenorum haud condicerent. At cum haec duriora Clero uiderentur, non ratihabuit, sed in Imperiali Camera ius suum prosecutus est, prudenter, si non eo tempore uixisset, quo reuisionis, ut uocant, abusus iustitiam in uinculis habebat: etenim obtinuerunt quidem spoliati restitutionis sententiam, sed quae adusque reuisorum opem suspensa, iisque nunquam uenientibus suffocata est. Legati foederis, qui laudum edixerunt, *Franciscus Burckardus* Iuris Canonici Ingolstadii Professor, *Georgius* de *Knorringen* Eques Teutonicus, & *Iacobus Wideman* Nörlingensis Consul fuerant;

Erfordia longius quam uicinia a ritu ueteri recessit

Elector apud Caesarem Senatum turbarum auctorem accusat.

Foederi Sueuico causa submittitur.

Puteus in Cyriaciburgo effoditur.

Legati foederis Hamelb. conueniunt.

Transactio.

Clerus transactionem non ratihabet.

† *Anonymus* lib. II cap. II § II p. 197; *Hic nota ſolum*, Gudenum *Senatui nimium quantum iraſci, dum in haec verba ſcribit*: In mortuos tamen ——— appellati ſunt. *Haud ueretur, ſpolia Senatum incuſare. Sed dolendum, quod poſt feſtum actionem ei intendat. Quam prope interim a uero abſit, ex ſequentibus chronici cuiusdam mſcr. uerbis colligere eſt*: Denſelben ſarg hat ein Rath zu ſich genommen, und laſſen auf das Rathhaus tragen (*quia praeſidium praeſtare debebat Senatus Clericis, rebusque ſacris*) in dem aufſtand der bauren an. 1525. Dann die Pfaffen beſorgten ſich, er mogte ihnen genommen vverden. Edit. I

(*a*) *Documenta in archiuis Moguntino & Erfurtenſi deſuper extant.*
(*b*) *De hoc foedere* Sleidanus *lib.* 4 de ſtatu religionis & reip. *in fine.*
* *Anno MDXXX.*

Lites ciuitas cum Saxon. accipit.

XXVII His legibus Electori ſuo conciliata ciuitas, in Saxonum indignationem incidit. Illi ius conducendi per ipſam urbem praetenderant, ſed ciues Heroldum adempto bacillo impediuerant. Hic aſſeruatus in curia Saxonum iram augebat, praeterea *Kapplendorffium* oblata ſorte ciuitas repetiit, & atroces finium controuerſiae inter *Mühlberg* & *Waſſenburg*, pignorationibus utrinque & uiolentiis auctae.

* MDXXX-III. * Hinc ad hoſtilia Saxones, & captis ciuibus urbis aditus undique praecludunt. Anno ſuperiore uehementior † uentus *S. Seueri* pinnam, † pag. 229 (*a*) quae duas inter media altior exſurgit, deiecerat, id imminentis belli oſtentum credebatur, & auxit in uulgo timorem. Moguntinus, ne quid ciuitas ſua periclitaretur, Praepoſitum ac Decanum Cathedralis eccleſiae, ſimul Cancellarium ſuum *Caſparum* de *Weſthauſen* ſubmittit. Indicitur conuentus Lipſiae, & interueniente *Alberto*, qua Magdeburgenſi Archiepiſcopo, ac *Georgio* Duce, de pace actum eſt: Saluum ſit conducendi ius Electori Moguntino, & ciuitati per Erfordiam, Heroldus tamen Saxonicus ad hoſpitium equitare non impediatur, Saxones praefecturam *Kapplendorff* reluitioni obnoxiam cognoſcant. Finium regundorum lis non ui, ſed iure terminetur. Damna hactenus illata compenſentur: ſub his aliisque legibus pax inita eſt. Cum *Comitibus* de *Gleichen* ratione feudorum, quae ciuitas ab ipſis, & ciues ſinguli frequentiſſima recognoſcunt, diſſidia ſupererant, quorum abolitioni dies *Mühlbergae* indicitur. Ibi Comites uaria bona, quae in *Gispersleben*, *Ollendorff*, *Zimmern*, & *Atzmansdorff* habebant, ciuitati in feuda pro tribus millibus quadringentis florenis concedunt, Senatui fidelitatis iuramentum remittunt, feuda, de quibus olim ciues inueſtiti, feminea, & a ſeruitiis immunia renouant, eadem ſub iurisdictione † Senatus relinquunt. Dilatio, quam redemptioni *Rudelſtadii* Marianus Clerus dederat, effluxit. (*b*) At denuo ad exactam fidem ſurda ciuitas. Saxo Elector cum imbecilliorem uideret Clerum, quam ut ab urbe pagum condiceret, ſe pari iure, quo ciuitas nititur, intercipere praedam poſſe credens, occupat. Sic Erfordia pagum ſine pretio amiſit. Eſt hoc inuerſae fidei praemium, quod & utilitate ſperata careat, & labe apud poſteros notetur. Aliis inſuper poſtulatis uexata ciuitas: Elector *Ioannes Fridericus* ad prouinciales conuentus citat, nouum praedicantium ritum hinc inde obtrudit, exigit tributa, feuda obiicit, militiam imperat, appellationes recipit, atque alia praetendit, quae ciuitatem Saxoniae municipiis aequarent. Erfurtenſes legatos inſtruunt, qui deprecarentur poſtulata, libertatem opponerent; Torgauii Electorem conuenere: *Eſſe urbi ſuae antiquiſſimam libertatem, agnitam ſemper, imo a Saxoniae Ducibus protectam; eam a nouis poſtulatis infringi, nunc primum a* Ioanne Friderico, *a nemine maiorum unquam propoſitis. Ad prouinciales conuentus ſubditos citari, iisdem tributa imponi, religionem aliunde pendere, appellari ad Dominum, militiam ueris uaſſallis indici: ſed Erfordiae feuda libera eſſe, nullis unquam ſeruitiis obnoxia, Saxoniae Principes nec Dominos, nec urbem ſubditam: obſtare poſtulatis pacta maiorum, illane accepta ab iis fides, & tanti † empta protectio eſſet? Ioannes Fridericus*, examinato per Conſiliarios † pag. 231 negotio, a petitis deſtitit.

Transactio.

Lites cum Comitibus de Gleichen ortae componuntur.

Clerus Marianus Rudelſt. denuo repetit, ſed intercipit Saxo.

Saxo grauat urbem.

(*a*) MS. Chron. Erfurt. (*b*) Archiuum Marianum.

XXVIII

Edit. I **XXVIII** Post haec pluribus annis res pacatae : lites enim quae cum Domino interceſſerunt, Imperialis Camerae Spirenſis deciſioni ſubmiſſae ſunt: nec momenti alicuius mutatio contigit, niſi quod magis in errores fidei ciuitas rueret, atque ob id antiquae religionis aſſeclae nonnunquam angerentur, *ipſi Clerici (*a*) ratione focariarum diuexati, quibus Senatus peculiarem ueſtium habitum imperare nitebatur. * Concuſſit quietem Electoris *Alberti* mors, quam electio *Sebaſtiani* breui ſecuta. ** Anno ſequente cum inter Caeſarem, & Smalkaldenſes foederatos acriore ſtudio bellum ageretur, ac *Mauricius* Saxo cum Bohemis in proſcripti *Friderici* prouincias arma uerteret, huius Capitaneus cum uiginti peditum uexillis, & equitum turma prope Cyriaciburgum conſedit, ac recipi in urbem petiit. Aſt (*b*) Senatus in turbulento Imperii ſtatu non fidens portas clauſit: ita excluſus, poſtquam octo diebus uinetis aliisque praediis clades intuliſſet, ulterius mouit. * De reliquo ciuitas clam *Friderico* plus, quam Caeſari fauerat; ſed dum ad euentum belli cunctari uellet, longa diſſimulatione ſua ſtudia prodidit. Caeſar † centum millia florenorum, at pari arte, ut belli ſubſidium, non ut mulctam ſibi dari imperat. Iſta Electorem *Sebaſtianum* inuocat : non ſe niſi ſub calculo Electoratus, cui proxime, & non Caeſari ſubſit, collectas ſoluere, Archiepiſcopus & Sedis regalia tueretur, & pro urbe ſua intercederet. Mittit ſimul ad Caeſarem legatos, qui exhauſtum urbis aerarium exponerent, & imperata ſtipendia deprecarentur. His *Carolus*: Inopiam propriae malitiae imputarent, dum curam omnem, & ſumptus ad excutiendum ueterem Dominum impenderent, cuius tamen nomine in quibusuis aduerſitatibus tam dextre uterentur, nec cunctationes alio reſpexiſſe, quam ut inuerſa belli ſorte contra Caeſarem ſtarent. Aſt interuentu Electoris placatus Caeſar, acceptis uiginti florenorum millibus reliqua remiſit.

Focariis Cler. nouus habitus ſcribitur.

Albertus *obit, cui ſuccedit* Sebaſtianus.

* MDXLVII

† pag. 232

Caeſar pecuniae ſummam ab urbe exigit.

* *Anno MDXXXVI.* (*a*) MS. Chron. Erfurt.
* *Anno MDXLV.* ** *Anno MDXLVI.*
(*b*) Anonym. Chron. Erfurt. MS.

* Simile malum a Magdeburgenſi milite, qui hinc inde per Thuringiam & Viciniam quaerens hiberna palabatur, perpeſſa ciuitas. Peruagati undique, urbis pagos depraedati ſunt. Licentius in hos actum eſt, quod Moguntiae ſubiecti eſſent. Statim ad Electorem Moguntinum, qui tunc agebat in Concilio Tridenti, (*a*) neceſſitas defertur; ille re cum Treuirenſi communicata, quid atrocius ſubeſſe timens, redire domum ſtatuit, idem Treuirenſis reſoluit. * Quod cum Caeſar per literas † & internuntios reſciret, bono eſſe animo iubet, ac ne Concilium ſuo diſceſſu deſtituerent, hortatur; ſe cuncta Germaniae quieti neceſſaria procuraturum. Interim ſub grauiſſimis poenis, ut a uiolentiis abſtinerent, mandat. Sed *Albertus* Norico-Brandenburgicus damna continuat, Eichsfeldiam & Erfordiae pagos miſerabiliter depopulatur, usque dum res cum *Mauricio* & *Caeſare* in bellum erumperet, ac diſtraherentur arma, partim etiam in miſerabiles ciuitatis Moguntiae clades uerterentur. * Ciuitas in his periculis munimentis intenta, paſſim ea tum reficit, tum emendat. Foſſam ad uallum retro Carthuſiam multo latiorem effodit, noua ſigna ciuibus diſtribuit. Mox lites quaedam inter urbem & *Fridericum* natum Electorem Saxoniae componuntur: ille *Rudelſtadium* prope lacum Cygnicum ante annos octodecim occupatum urbi reſtituit, e contra duorum monaſteriorum *Georgiuallenſis*, & *Reinhartsbornenſis* curias in urbe ſitas a Senatu accipit. Dicta coenobia in territorio *Friderici* ſita iam olim ſibi tribuerat, hinc & haec praedia in alio territorio praetendit. *Rudelſtadii* reſtitutio non ſerio facta, quippe breui denuo ex praetextu, quaſi Erfurtenſes uiam regiam uiolaſſent, reſciſſa eſt.

Magdeburgenſis miles urbi grauis.

* MDLIII.

† pag. 233

Pagos & Eichsfeldiam depopulatur.

Munimenta reparant Erfurtenſes.

Tranſactio inter Saxon. & urbem, qui quidem Rudelſtadium *maius reſtituit, ſed ſine effectu.*

* *Anno MDLI.* (*a*) Sleidanus *l. d. lib.* 23.
* *Anno MDLIII.*

Vrbs de libertate religionis solicita.

XXIX * Cum post haec de pace religionis stabilienda Passauii tractaretur, solicita † de religionis exercitio ciuitas multis apud Saxones egit, mouere Caesarem uellent, ut de eo sibi nominatim caueretur. Auctus timor, cum publicatis pacis legibus immediatos solum imperii Status in iis comprehendi uideret. Iterum Saxones interpellat, & protectionis tot annuis pensionibus emptae monet. At Moguntinus, ne quid iniquius contra se, quam reliquos Imperii proceres statueretur, impediit. Sic frustrati spe sua Erfurtenses, tandem (*a*) ad conflctam *Ferdinandeam declarationem* confugiunt. Attamen in Academia coepit religionis mutatio: hactenus Lutherani ab illa excluſi, atque hac de re lis eam paene diuulserat: iuridica facultas annis quatuordecim extincta iacuit, diutius aliae: tandem praeualente istorum potentia, non sacrorum, nulla ritus habita ratione, proceres adoptati sunt. Sola Theologica facultas primae fidei integritatem etiam post haec tempora eo gloriosius retinuit, quo de pluribus impetitionibus clam palam intentatis triumphauit. * Senatus ut magis fidem nouam firmaret, abrogato Augustinianorum coetu, Gymnasium eo in coenobio erexit, Senatorium ab auctoribus nominatum. * Secuta simultas (*b*) cum Saxone Vinariensi † Duce *Ioanne Wilhelmo*, quam ut saepius, sic iterum ius conducendi peperit; cum hoc uias regias sibi Duces arrogant. Ante portam Krempferianam, ubi suppliciis fontes afficiuntur, furcam Moguntini Officiales erigi iusserant. Saxo sua in uia id posse negat, & negotii momentum tanti habet, ut assumptis quinquaginta equitibus, ante solis ortum & priusquam portae aperirentur, ipse ueniret, furcam una cum implexo rotae cadauere succindi curaret.

Edit. I

† pag. 234

* MDLXI.

* MDLXVI.

Saxo Vinariensis erectam ad supplicia rotam deiicit.

† pag. 235

* *Anno MDLV.*

(*a*) *Primo omnium in Comitiis Ratisbonensibus, anno 1576, cum* Ferdinandus *iam esset mortuus, productam.*

(*b*) MS. Chron. Erfurt.

Grumbachii in Erfordiam consilia.

XXX Ex mandato Caesaris Elector Saxoniae, tanquam superioris circuli Saxonici Capitaneus, proscriptos in Gothanis munitionibus expugnauerat. *Grumbachius* facta deditione quaestioni subiectus inter alia de ciuitatis huius subiugatione consilia se agitasse fassus, rebelles uariis suppliciis affecti, Dux *Fridericus* Caesari missus post longos carceres obiit. Videbatur etiam publicae saluti conducere, si deleta arce munimenta solo aequarentur, ut & futuro conatui subtraheretur refugium, & iacentes muri a pari facinore deterrerent. Haec omnia magnis sumptibus expediebantur. *Augustus* 747635 florenos erogauerat, ab Imperio, cuius nomine bellum susceperat, restituendos, qua de re, nec non aliis Imperii necessitatibus, ut consultaretur, Erfordiam Comitia indicuntur. Apta magnis conuentibus ciuitas, utpote capax, & uicinia desideratissimis esculentis † uili pretio culinas instruente. Vnum est, quod commoditatem destruit: omnes plateae aquis ex Gera ductis irrigantur, harum riuuli sic uias occupant, ut & equitando, & uehendo passim difficillimus sit transitus. * Capti Ducis terras agnati inter se diuidere constituerant. Caesar & Electores, quo pacatius transigeretur, Legatos miserant: penes hos ciuitas restitutionem Rudelstadii, & ne res aliena patrimonio accenseretur, petit. Facilis Legatorum fuit excusatio: Herciscere possessiones Friderici, non quid iuris hic, ibiue habuerit, sibi mandatum.

Comitia Imperii Erfordiae celebrantur.

† pag. 236

* MDLXXI.

Apud Legatos Saxonicos restitutio Rudelstadii urgetur.

Pons longus exstruitur.

XXXI * Pons ille, qui longus dicitur, forti opere erectus est, in quem hodie, propter frequentiorem ibi transitum, multae tabernae translatae sunt, cum illae antehac in dicto ab iis ponte mercatorum essent, iam fere desolato, quod multis flammarum infortuniis subiectus, & aedium angustia mercatoribus incommoda fuerit. Vix triennium hinc fluxit, quo ad dimidietatem ab igne consumptus est. ** Appulerunt huius anni mense Iulio Moguntini Legati, collectas Turcicas a ciuibus, & Clero exacturi. Senatus quotam suam, quae fuit olim, Archiepisco-

Perit incendio.

Elector contributiones Turc. colligit.

Edit. I chiepiſcopatus tertia, poſtea quarta, quinta, & nonnunquam ſeptima, contulit. Idem fecit Clerus, quem de bonis etiam alibi ſitis uigore Ca-
† pag. 237 nonum Ordinarius collectabat. † Cum autem eccleſiae Collegiatae in pagum ſuum *Mondram* olim a *S. Vutonis* eccleſia emptum ad ſubcollectandos ruſticos mitterent, (*a*) Electoris Saxonici Officiales in Domini ſui territorio ſitum eſſe contendunt, ſeque opponunt: fruſtra iis Canones obiecti, imo deputatos poſt collectationem redeuntes, in uia intercipiunt, ac deducunt in Weiſſenſee, at inde breui dimittunt. Negotium religionis pro genio Senatorum tractabatur, prout illi in hanc, uel illam partem inclinarent. Hoc anno Catholicae religioni infenſiores curiam tenebant; quibus auctoribus in feſto Corporis Chriſti, quo Deus ſub ſpeciebus panis incarnatus ad adorandum ſolenni pompa circumfertur, proceſſio publica inhibetur. (*b*) Catholici grauiter de iniuria queſti, quod audaci temeritate liberum religionis exercitium illi prohiberent, qui ritus ſuos, & dogmata precario hactenus, aut ui ſolum obtinuerint. Numero tamen ſuperati ſe continent, ac in coemeterio *S. Martini* ſolennia peragunt, idque ad annum ſextum continuant, poſtea ſolennius iterum proceſſum eſt. *Petulantes quidam (*c*) ex otioſa plebe ſubdiale ambulacrum fornicibus ſuper inſtructum, quod chorum
† pag. 238 Marianum uerſus forum ſepit, aſcendere † ex more conſueuerant, illinc proſpectu in ſubiectum forum, & mille uarietatibus non contenti, luctas etiam, lapidum iactus, & ingentes clamores in multam noctem addebant. His Clerus in domibus ſuis & eccleſia turbatus, portam in gradibus erexit, ut inſolentes aſcenſu prohiberet; at congregati, quos nequitia, uel iuuentus ad licentiam animabat, portam oppugnant, effringunt, deiiciunt, ſecant. Mittit Senatus, qui inhiberent, ſed remiſſius erat mandatum, ut probari facinus callide oſtenderet: quippe libertati periculoſum uidebatur, quaſi in arcem ſublimia templa muniri. Pergunt igitur atrocius in coeptis, trepidantibus interim eccleſiaſticis, ſuisque facultatibus, & ſibi in concurſu timentibus. Fuit, qui duas haleces e ſtante adhuc poſte ſuſpenderet, ac poſtea ſpargeret in uulgus, leſuitas (ſic uocauit) pendere: abiit haec res in calumniam, ut pluribus annis halecum nomine a diſcolis peterentur, nec Caeſareis mandatis coerceri, niſi domita iam urbe potuerit.

Clerici pro Meg. collectantes Mondrae intercipiuntur.

Proceſſio in feſto Corporis Chriſti inhibetur.

Clerus Marianus gradus maiores porta claudit.

Porta conniuente Senatu per tumultum deiicitur.

* *Anno MDLXXVI.* ** *Anno MDLXXVII.*
(*a*) MS. Chron. Erfurt. (*b*) Anonym. Chron. Erfurt. MS.
* *Anno MDLXXIX.* (*c*) Dictum Chronicon.

XXXII Mortuo *Daniele* Archiepiſcopo *Wolffgangus* ſucceſſit. Prior in rebus agendis felix ſucceſſori gloriam praeripuiſſe uidebatur. Erfordia in nouum Principem, cuius prudentiam nondum experta,
† pag. 239 (*a*) licentius peccat, & inſolentior Senatus † parochiale templum *S. Wipperti* cum domo paſtorali Catholicis XXIV Octobris adimit. Eſt illud elegantis ſtructurae, abſque ſuſtinente pila in ampliſſimos fornices exurgens. *Wolffgangus* reſtitutionem Senatui mandat: hic templum paroecorum ciuium eſſe, praetendit, quorum ſumptibus aedificatum: teſtari illud gentilitia exſtruentium inſignia, quae coeuntis fornicis polus exhibet, hos autem, paucis exceptis, euangelii reformationem amplecti, proinde ut pro ſuae religionis ritu uindicent, negari non poſſe. *Elector per legatos mandata repetit: Ordinarii, non ciuium templa eſſe, quorum deuotioni ſolum deſtinata ſint, ac dato, quod ciuium liberalitate quondam ſurrexerint, id non proprietatem, nec Ordinarii iura, ſed ius patronatus ſolum tribuere, cum tamen & id paroecis nunquam competierit, uerum una cum Epiſcopali iurisdictione ad Sedem ſuam ſpectauerit. Fruſtra ex Canonibus niſi armatis cum Erfordia diſputatur, ideo *Wolffgangus* ſpolium ad *Rudolfum* Caeſarem defert; ab hoc mandatum de indicendo ſubditis Calendario reformato circa idem tempus Elector acceperat, ut igitur per reliqua Electoratus loca, ſic & hic iuſſa Caeſaris ſecundo Nouembris publicat. Senatus e contra de ueteri ſeruando

Mortuo Danieli ſuccedit Wolffgangus.

Senatui templum S. Wip. occupanti Elector ſe opponit.

Reſpondet Senatus.

Refutat Elector.

Defert ad Caeſarem. Calendarium reformatum Senatus reiicit.

Hinc duplicis Calendarii obseruatio.

uando mandatum affigit, poenas in sanctionis reos proponit. Hinc magno ciuilium † negotiorum incommodo, duplex Calendarium ciuitas accepit. Postridie *S. Catharinae* Catholici amputatis, qui per errorem irrepserant, decem diebus, sextum Decembris, & in eo *S. Nicolaum* uenerati sunt. Senatus cum potissima ciuium multitudine ueterem temporis calculum retinuit. Nec contentus Caesarea & Electoris iussa detrectasse, illos, qui paruerant, carceribus mancipat. * * *Rudolfus* in causa Wippertini templi cognoscit, & Praga XX Martii restitutionem cum domo parochiali mandat. Ciuitas eadem Caesari, quae ante Electori obloquitur. At seuerius Caesar iubet, iterumque *Wolffgangus* per legatos aedem repetit. Demum Senatus Caesaris indignationem metuens, retenta parochiali domo templum restituit. Sed Archiepiscopus paritione hac partiali non contentus, etiam domum sibi reddi postulat, cumque monasterium Canonicorum Regularium *S. Augustini* similiter occupasset Senatus, has querelas ad Caesarem iungit. *Rudolfus* *** utriusque restitutionem diferte mandat. Senatus cunctatur, & quas potest moras nectit: Moguntini desiderii iniquitatem se probaturum, obiisse nuper Syndicos, & Seniores, qui priuilegiorum, & huius rei notitiam habuerint, ut primum iis surrogati plenius se informarint, fusius, & quid in re sit, responsurum. Caesar puerili responso † offensus, nam saepius proprii iuris ignorantiam morae praetenderat, seuerius rescribit: Vnde quod ampla ciuitas hominibus destituatur, qui domestica iura, & literas sciant, pareret confestim suis iussis, parochialem domum, & monasterium, quod occuparunt, cum censibus restitueret, aut morositatis se uindicem expectaret.

Wipp. templum mandante Caesare, retenta parochiali domo, restituit Senatus.

Caesar monasterium Canonic. S. Aug. restitui iubet. Senatus respondet.

Caesar mandatum repetit.

Edit. I

† pag. 240

† pag. 241

(a) *Frequentia acta & documenta desuper extant.*
* *An. MDLXXXIII.* ** *An. MDLXXXIV.*
*** *An. MDLXXXVII.*

* MDLXXXVIII.

* Superuenit mox aliud Caesaris mandatum: inuisae ciuitati prouocationes ad Curiam Moguntinam erant, utpote cum iis de subiectione sua moneretur. Igitur Senatus appellantes mulctabat, & quibus poterat modis impediebat. Iterum Elector *Rudolfum* superioritatis suae uindicem inuocat. Hic mirari se scribit, quod peculiarem in Imperio Romano & inauditum hactenus dominatum erigat Erfordia, non posse hoc salua rep. in Germania tolerari. Relinqueret Senatus ad iustitiam patentem uiam, nec Domini sui iura inuaderet. Continuationi litium, Dominicanorum monasterium materiam praebuit: id a dissoluto quodam monacho possidebatur, qui sub protectione Senatus superiores suos, ipsum adeo Archiepiscopum despiciebat. Electoris Sigillifer coercere irregularem, & cum Prouinciali Ordinis disciplinae ueteri coenobium restituere conatur. At Senatus, ne quid in personam sub protectione sua constituti admitteretur, inhibet. Monasterium autem mandatis recentibus † Caesareis territus uindicare sibi non ausus. Introducitur nouus, ut uocant, Prior, sed cui alter conuiciis, & Senatus fauore praeualuit. Sic & hoc, aliaque, praecipue Mendicantium coenobia Senatui cessere, partim disciplina laxiore profanata, partim irrita uenditione derelicta. Moniales sua tutatae sunt, quod modestiore uita sui uenerationem conseruassent.

Rudolfus *Senatui exprobrat affectationem dominatus;*

restituit disciplinam in Dominicanorum monasterio Senatus impedit.

† pag. 242

Nondum haec sopita lis, & aliam Senatus intentat. * Elector *Michaelem Schillingium* (a) Societatis Iesu Presbyterum huc miserat, ut in basilica Mariana legem Dei praedicaret: famosa iam tum haec Societas, quod ruenti in haeresin populo feliciter obicem posuisset. Igitur omni consilio receptionem istius impediendam Senatus censuit: Superstites adhuc Catholicos istorum hominum zelo indurandos: immunitati reip. aduersus dominatum Moguntinum consultum haud fore, quamdiu pontificios ciues habebit. Vt consonans religio subditos imperantibus nectit, sic pro libertate tuenda discrepantem excitare. Sufficiebant haec, ut exire *Schillingius* ex urbe iuberetur; praetextus a lege protectionis Saxonicae desumptus, quae Principibus ingratos in ciuitate tolerari

P. Michael Schillingius *e Societate Iesu Erfordiam uenit, cui Senatus se oppinit.*

Edit. I tolerari uetaret. Haec *Schillingio* uocato in curiam a Senatu dicta, simul leges reip. allegatae sunt, quae hominem coetus necdum recepti
† pag. 243 non protegerent. † *Schillingius* iura gentium obiicit, quae innoxium hospitium negare inhumanum ducant; praesentiam autem suam absque reip. detrimento fore, se fideiussoribus cauturum. Nec ignotum se adeo, cui Erfordia patria sit, fratre ac consanguineis adhuc superstitibus. Imo se ciuem Academicum esse, dudum Vniuersitatis albo inscriptum; insuper in Electoris obsequio hic morari, ex cuius mandatis adsit, eius superioritatem si disputarent, saltem ex multiplicibus pactis Electoris ministro protectionem deberi. Cum frustra haec opponerentur, ac satellitibus minitaretur Senatus, ille de asylo solicitus ad Curiam Moguntinam fugit: irritatus his Senatus illam undique turmis cingit, ac mensibus duodecim *Schillingium* obsidet, tandem morae pertaesus, comite Vicedomino *Olando* per obstupescentes uigiles exit, sicque seruatus hic concionator, & accedentibus mox liberalissimis legatis, anno sequentis saeculi primo (*b*) haec missio in residentiam transiit, assumptus etiam post triennium (*c*) Societatis habitus, cum antea sub clericali patres latuissent: demum (*d*) conducta a Clero Mariano domo, quae ad iconem
† pag. 244 *B. M. Virginis* appellatur, accedente etiam opima hereditate † (*e*) Denstadiana, Elector *Swicardus*, (*f*) monasterium Regularium, desertum a Canonicis adiecit, sicque residentia (*g*) in Collegium Societatis euecta est.

* *Anno* MDLXXXIX.
(*a*) *Annales Collegii Societatis Erfurtensis.*
(*b*) *Anno* MDCI. (*c*) *Anno* MDCIV.
(*d*) *Anno* MDCVII. (*e*) *An.* MDCIX, *fuitque* 15000 *aureorum.*
(*f*) *Anno* MDCXV. (*g*) *Anno* MDCXIX.

XXXIII Frequentes interim conuentus (*a*) cum Saxonibus ciuitas habuit, interdum etiam dona submisit, ut de fauore certior esset. Cum Moguntino autem continuatae lites, & tam profana, quam sacra disputata sunt. Ius tribuum, illas erigendi confirmandique regale, Sedes Moguntina sibi hactenus seruauerat; hoc Senatus eripere conatur, utque fauorem attentatum haberet, multis de Moguntinis Officialibus queritur, uarios in ipsos excessus, & delicta coniicit: e contra Elector sua iura uindicat, si quid Officiales peccauerint, ad suam id cognitionem pertinere. Nuntiat praeterea, se ui pactorum (*b*) ante duo saecula initorum Comitatus *Tondorff*, & *Mühlberg* pro dimidia parte dato pretio redempturum. Parui haec urbici faciebant, Dominos se Comitatuum istorum, de reluendi iure nihil constare; frustra illis pacta allegabantur, qui ut Moguntinis armis in dissito loco, sic & pactis eorum praeualere sibi uisi sunt. Irritauit *Wolffgangum* dolus subditorum,
† pag. 245 † cumque persecutio iuris sui difficilior uideretur, quam ut exequi posset, desperatum consilium amplexus est.

Continuatae cum Moguntino lites.

Senatus querela, & Electoris responsum.

Tondorffii & Mühlbergii *reluitionem Senatus renuit.*

(*a*) MS. Chron. Erfurt. (*b*) *Vid. supra ad an.* MCCCLVII.

* Egit cum Principe Saxoniae *Friderico Wilhelmo* (*a*) Electoratus eiusdem Administratore, eique sub certis conditionibus ius suum reluendi cessit. Redimeret Administrator Comitatus refuso pretio, eorumque possessionem apprehenderet. Annis quadraginta fructus perciperet, postea Archiepiscopatui ex integro restitueret, ac pretium uicissim expectaret. Secreto haec, etiam postquam Moguntiae quarto Augusti concluſa essent, habita sunt, ut prius ad executionem necessaria, pecunia scilicet, confirmatio Caesaris, & alia pararentur; attamen timuit ciuitas, quod subfuit, & siluam Tondorffensem liberalius succidit. Saxo prohibet, cum autem id, quod actum fuerat, propalare necdum uellet, ius uenandi ista in silua praetendit, in cuius praeiudicium nudare lucos fas non esset. Ciuitas non satis gnara, quod aliud ageretur, nouam litem intendi, nouumque ius, quod nemo maiorum hactenus affectauerit, conqueritur. His mensis aliquot insumpti. Vigesimo tertio Nouembris ab Administratore legati in urbe adsunt, rogantque

Wolffgangus *reluendi ius sub certis legibus Saxoni cedit.*

Saxo Legatos mittit Erfordiam.

Senatus deputare quosdam uellet ad breue colloquium, habere se, Edit. I
† quae nomine sui Principis exponant. Missus e curia Syndicus, & duo † pag. 246
Senatores ad hospitia Saxonum: hi uenientibus mandata, & quae hactenus acta sint, exponunt: Electorem Moguntinum, Administratori Electoratus Saxonici ius redimendi Comitatus *Tondorff*, & *Mühlberg*, sub certis legibus cessisse; adferre igitur se pretium olim pro *Tondorff*, & dimidietate *Mühlberg Gerhardo* Archiepiscopo solutum, scilicet, MCC marcas argenti, alteram dimidietatem *Mühlbergii* redimendam se sibi reseruare. Caesaream etiam Maiestatem haec pacta confirmasse, haec sigilla, has manus Caesaris, Electoris, suique Ducis esse; fundari negotium hoc in aperto iure, atque conseruationem Moguntinorum dominiorum, ipsius adeo fidei Erfurtensis integritatem respicere; proin de assensu in id, quod iura exigunt, se tam parum dubitare, quam iniqua attentata a Senatu metuant. Reipublicae Syndicus ne repentino responso in detrimentum causae quid loqueretur, copiam productorum petit, ut eas praeter postulata Senatui exponere, eiusdemque mentem legatis referre posset. Annuunt hi petitis, & illos pactorum uersus, qui cessiones testabantur, edunt; conditiones autem, sub quibus facta, Moguntinos solum, non Erfurtenses attinere aiunt, & earum editionem negant. Sic eo die discessum est. Altero Deputati reuertuntur, † & quam aliena haec po- † pag. 247
stulata Senatui uisa sint, exponunt. Rem arduam esse, in qua extemporalis resolutio ne peti quidem debeat. Euoluendum prius Archiuum & instrumenta huius negotii quaerenda; libertatem ciuitatis in ciues diffusam, ut de maioris momenti negotiis omnes deliberent, atque hinc collegia quinque Senatorum, praeterea Tribunos, Opifices, Quaterniones, in & extra portas conuocari oportere, penes eos reip. summam, & grauissimum praesentis rei momentum stare, hos intra tam breue tempus non conuocari, minus informari de causae meritis posse. Ne tamen ignorent Saxones, quid Senatus in praeconsultatione, saluo reip. uoto, hac de re senserit; cessionem aiunt, ex defectu materiae nullam esse, cum Moguntino redemptionis ius non competat, dimidietatem *Mühlbergii* propriam urbis, nec a Sede, sed ab Hennenbergensibus, & Schwarzenburgicis emptam, similiter in Comitatu *Tondorff* multa bona ciuitatem iam olim ante emptionem habuisse, & nunc habere, quae reluitio non attineat; proinde sibi tanquam communis rei dominis ius retractus competere; imo cum respectu istorum bonorum subditi sint Comitatus, sine consensu suo fieri cessionem non potuisse, cum inuiti subditi alienari nequeant. Ad haec per Cancellarium Saxones: Dominium ex utili, non ex uero sibi Erfurtenses † asserere, qui propriis con- † pag. 248
fessionibus ex literis ad Saxones datis conuinci possint, ubi utriusque Comitatus dominia Moguntinae Sedi adscripserint. Esse dimidietatem (*b*) *Mühlbergii* non a Moguntino, sed cum eius licentia hoc pacto emptam, ut Sedi redemptio libera quandocunque permittatur. Quae de retractu, & inuitorum subditorum alienatione ridicule dicta, huc non pertinere, cum ista omnia in pacto de retrouendendo non attendantur. Iterum Erfurtenses: datam quidem reemendi facultatem Sedi, ast, ut literae dicunt, ex reuerentia, & deuotione; haec quia personalia sint, cedi non posse; imo diserte ibi legi, ne unquam in extraneos isti Comitatus alienarentur; praeterea uigore contractuum integro anni quadrante reluitionem prius intimari oportere. Saxones offensi, num non ante biennium Moguntinus intimarit? auctoque calore etiam reluitionem alterius dimidietatis *Mühlbergii* indicunt, simul aceruum auri in mensam comportant: ibi pretium utriusque Praefecturae iacere, praeter quod nihil postulare ciuitas possit. Post paucos dies scribit Senatui Dux *Ioannes* Administratoris frater, pretium nuper recusatum Salzae sub custodia Senatus in deposito iacere; nullam amplius moram negotium pati; proinde subditis homagium indicendum, cui tam iustae rei † si ciuitas † pag. 249
uasallagio multiplici Ducibus obstricta resistat, feloniam fore, non nisi caduci-

Ius sibi cessum significat.
Pretium offert.
Erfurtensium Responsum.
Moras nectunt.
Cessionem impugnant.
Saxones defendunt.
Vlteriora Erfurtensium fundamenta.
Integri Mühlbergii reluitionem Saxones indicunt.
Pretium ab Erfurtensibus recusatum Salzae deponunt.

Edit. I caducitate feudorum expiabilem. Multum his territi Erfurtenſes inſtrumentum publicum conficiunt, & in eo ſuper iniquitate rei queruntur: habere ſe uetuſtiſſima cum Saxonibus pacta, uigore quorum lites ortae non ſic pro imperio, & uiolenter, ſed miſſis utrimque arbitris per laudum expediendae ſint. Praeterea ſimili cauſa Domum Saxonicam ſibi teneri, quae Kapplendorffenſem Praefecturam eadem lege poſſideat, nec tamen in reluitionem conſentire uelit. Petere ſe fidem maiorum, illudque ius, quod Saxones ſibi conſtituunt, in eos retorqueri. Hoc inſtrumentum mittere per nuntium non auſi, meticuloſo conſilio clam in Cancellariam Vinarienſem proiici faciunt. Arripiunt hanc iniuriam Saxones, & miſſis cauſae meritis eam exaggerant; minantur etiam, ſed & interim Saxonica ſubiectio ſubditis indicitur. Magna fuit in urbe ciuium indignatio: haeccine protectio Saxonica eſſet tot annuis penſionibus empta? ſi foedus cum Moguntino contra ciuitatem Duces paciſcantur, adigi ſe ad deſperata conſilia, & illum quibuscunque modis placandum. Saxones ut ſuae cauſae odium minuerent, a religione fauorem mutuantur, ſpargunt, Conſilarii (*c*) etiam ad primores urbis
† pag. 250 perſcribunt: † Duces ſuos non quod fidei maiorum immemores, aut quicquam de affectu in urbem remiſerint, ſed pro eiusdem bono cum Moguntino pepegiſſe. Hunc Comitatus ſuos conſtituiſſe armis uindicare; quibus cum impares Erfurtenſes, lapſis in poteſtatem Moguntinam arcibus actum de religione fuiſſe. Alii his decepti, prudentiores fucum aduerterunt. Die ſecundo Decembris arces *Tondorff* & *Mühlberg* militari manu occupatae, & ſic iſthaec omnia intra nouem dies feſtinanter peracta ſunt.

Proteſtationem publicam Erfurtenſes in Cancellariam Vinarienſem clam proiiciunt, & ad edictum quod quisque iuris prouocant.

Ciuitatis querela in Saxones.

Hi bono religionis deſiderio ſua palliant.

Tondorff & Mühlberg *occupant.*

* *Anno* MDXCII.

(*a*) *Acta huius rei in archiuis extant locupletiſſima, & quidem Erfordiae in theca uiridi compacta.*

(*b*) *Vid. ſupra ad annum* MCCCLVII.

(*c*) *Extant litterae originales in dicta theca uiridi.*

XXXIV * Obtenta poſſeſſione arbitri utrimque nominati, qui controuerſias dirimerent. Conuentum Arnſtadii, poſtea etiam Büdſtadii, ubi Erfurtenſes ante omnia ſe in poſſeſſionem reſtitui petunt. Saxones hanc litem non ſuam, ſed Moguntinam eſſe, proinde ad arbitros non pertinere aiebant; ſi quid autem praeter eam flagitent, ſe iuſta omnia paſſuros. Vrbici quinque potiſſimum grauamina adducunt. Dimidietatis *Mühlbergii* reluitionem eadem pene ſeptimana nuntiatam, & uiolentae executioni mandatam eſſe, quod pactis manifeſte contrarietur. Secundo, praeter cenſus aliquos multa ſe praedia in utraque Praefectura habere propria, quae nullis ſubiecta pactis ſimul adempta ſint. Tertio, pagos *Meckfeld*, *Tieffengruben*, & *Hohnfeld* ad Praefecturam *Tondorff* non pertinere, qui tamen cum ea occupati, ſicque reſtitui de-
† pag. 251 beant. Quarto, *Kapplendorffium* † ſe reluere uelle. Quinto, Saxones *Rudelſtadium* maius reſtituerent. Illi denuo cunctantur, priora grauamina iura Moguntini Electoris concernere, in cuius praeiudicium ſubmittere arbitris nihil poſſint; bona, quae praetenderent, & pagos, tanquam appertinentes ab Electore aſſignatos; cum igitur conuento tempore ſecundum traditionis leges Sedi Moguntinae reſtitutio ſit facienda, pati ſe non ualere, ut quidquam ſubtrahatur. In Kapplendorffenſis Praefecturae reluitionem ſe conſenſuros, ſi ciuitas minorem Comitatum ad Geram, quem ſaeculi decimi quarti anno decimo quinto (*a*) ſub eadem lege a *Friderico* accepit, reluendum daret. *Rudelſtadium* ſcire Erfurtenſes, cuius ſit, nec quicquam iuris ab iis in eo praetendi poſſe. Vrbici dictum Comitatum iam dudum redemptum eſſe demonſtrant. Demum formula compromiſſi concipitur, ſed amplius nihil actum, & Erfurtenſes carere pretio Comitatuum, quam acceptatione eius renuntiare iuri maluerunt.

Poſt executionem arbitri eliguntur.

Erfurtenſium quinque grauamina.

Saxonum exceptiones.

Praeter compromiſſi formulam nihil fit.

* *Anno* MDXCIII. (*a*) *Vide ſupra ad annum* MCCCXV.

Erfurtenſes Collectas Imperiales ſoluere Mog. recuſant.

XXXV Aliae cum Moguntinis continuatae ſunt tricae, quibus lis noua de collectis acceſſit. Has ciuitas Electoris aerario conferre negabat, quaſi non Moguntiae, ſed Imperio ſoluere conſueſſet, fidem aſſerti a bello Huſſitico, & *Diethero* mutuabatur: † etenim tunc non Electori, ſed Caeſari pependiſſe. Illud omni uoto expetebat, ut Circuli Saxonici matriculae quoad collectas inſcriberetur: ſic enim ſimul & a Moguntinis exempta, & contra ipſos Saxones tanquam eiusdem Circuli membrum munita fuiſſet. *Wolffgangus* multis Caeſarum mandatis & ſententiis, controuerſiam pro ſe deciſam ait: eſſe illam ciuilis ſocietatis naturam, ut imperantes neceſſitates publicas ſuis curis, ſubditi pecuniis ſubleuent. *Dietheri* tempora fruſtra allegari diſſidiis ciuilibus corrupta; praeterea illum anteceſſorem Electoralibus inſigniis a Caeſare non fuiſſe inueſtitum, idque ut plurium malorum, ſic & huius rei cauſam fuiſſe. Exemplis ſi litigandum, frequentiſſima adeſſe, ubi quotam tertiam Archiepiſcopatus contulerit Erfordia, nonnunquam ad preces eius mitigatam. Ad Caeſarem lis deuoluitur; ille praeſtationem collectarum diferte mandat, cui ſe ciuitas ſubmittit, ac ſequentibus annis usque ad ferale bellum libenter confert.

Edit. I

† pag. 252

Matriculae circuli Sax. inferi deſiderant.

Wolfgangus *collectandi ius probat.*

Caeſar imperat collectas.

Remiſerunt poſt haec aemulationes, & aliquamdiu ſine apertis contradictionibus actum eſt. Attamen de libero religionis exercitio ſolicita ciuitas ſtabilire illud omnibus modis intendit. Praeſertim Miniſterium ſuum, ut appellat, ab Electore confirmari petit. Collegium eſt ex Praedicantibus Auguſtanam confeſſionem & Deputatis quibusdam conflatum, † quod ex ſpeciali mandato Senatus matrimonialia negotia, & quae conſcientias attinere uidentur, diſcutit. Inuiſum id Electori fuit, cuius utrique poteſtati derogaret, hinc uehementius approbatio urgebatur. Interim ſubſequentes anni profanas etiam lites creant, quibus dirimendis * Elector Conſiliarios ſubmittit. Prima omnium cura de Miniſterio fuit, confirmaret illud Elector, ciuitatem obſequiis aliorum poſtulatorum compenſaturam. Inductus hiſce *Schwicardus* auctoritate ſua Miniſterium perſiſtere iubet, ſicque ſuperioritati ſuae conſulit, dum Erfurtenſibus religionis exercitium indulget, quod niſi ſubditis fieri nequit. Saxoniae Princeps *Ioannes Erneſtus*, cum auitarum terrarum regimen ei obtingeret, proceres ſui Principatus ad ſubiectionis iuramentum ex more uocat. Citata etiam Erfordia: haec deſiderii nouitatem explicat, illud iuramentum ſe Landgrauiis debere, quod fideles ratione clientelarium bonorum extraneis, paribus, ſaepe inferioribus praeſtant, illo ſe fidelitatem firmaturam. At ſubiectionis uotum Landgrauios nec unquam exegiſſe, nec dediſſe Erfordiam. A diaeta, ubi nouo Principi ſubiectionis iuramentum praeſtitum eſt, Erfordia abſtinuit; ** attamen alio die ratione clientelarium bonorum fidelitatem iurauit.

† pag. 253

Stabilire ciuitas libertatem religionis intendit, & Miniſterium confirmari ab Electore petit,

quod Schwicardus *confirmat.*

Saxones ſubiectionis iuramentum exigunt, quod ciuitas renuit.

Fidelitatem iurat.

* *Anno MDCXV.* ** *Anno MDCXVI.*

Ad alias poſtmodum lites Moguntini cum Erfurtenſibus † transgreſſi, * praecipue fines *Weichbildii* limitati ſunt; illo nomine diſtrictum, qui praedia urbis, aut agros illius complectitur, appellant, eidem cum iſta legi iudiciue ſubiectum, & quoniam amplior erat in urbe, (*a*) quam eius pagis Moguntina poteſtas, hinc arctare ſuos fines urbici, ampliare Moguntini intenderant, neque haec diaeta diſſidentes terminos ſatis coniunxit, ſed pluribus tentatis, quam transactis, iterum ab inuicem diſceſſum eſt. Secutae in Imperio turbae ciuitatis animum, prout ſe flectit fortuna, lancinarunt, illo potiſſimum retenta, quod Elector Saxo, eiusdem cum Moguntino factionis eſſet. * *Fridericus* Saxoniae Dux Coburgicus accepta pecunia militem ſcripſerat in Belgium deducturus. His armis Haſſi, & interiacentium terrarum Domini haud fauentes tranſitum negant. Defecit Ducem annona, nec hoſpitia aderant, quae tot millibus aſſignaret: Igitur per Erfurtenſium pagos diſtribuit, quod his uiribus ſuperior uideretur. Terrore primo recepti, ſoli Vdeſtattenſes auſi reſiſtere; ſed deiectis per tormenta eorum parietibus, quos ex ſtra-

† pag. 254

VVeichbildii fines limitati.

Fridericus *Dux militem ſcribit.*

In Erfurtenſium pagis diſtribuit.

Vdeſtattenſes reſiſtunt.

mine

Edit. I mine & luto pro munimine conficiunt, pagus miſere deuaſtatus eſt. Durauit hoſpitatio per aliquot dies, poſtea dato ruſticis licentiae ſigno, una *Omnis miles trucidatur.*
† pag. 255 nocte miſerabiliter trucidati ſunt. † ** *Brücknerus* & *Forſterus* Conſules dominatum curiae ſibi firmauerant, ita ut alter alteri in fine anni faſces deferret, cum tamen hactenus quinque Senatorum collegia fuiſſent, quae totidem annis ſibi ſucceſſerant. Continuatus hic Duumuiratus quatuor annis, usque dum plusquam ciuilia agi, inuadi remp. ciues aduerterent. Hinc aliud foedus pro libertate, pro ueteris reip. ſtatu pangitur, & eo Duumuiri adacti, ut priſtinae ſucceſſionis leges Senatui redderentur. Pyramis cum ſtatua magnificentius ante curiam erecta: ſcilicet quaedam Imperii Ciuitates, incertae fidei *Rolandum* publicis in columnis exponunt, libertatis argumentum: eundem in ſtatua proponere callido conſilio placuit, ut antiquiſſimam libertatem poſteritati mentiretur. Pyramidem euerti, deiici ſtatuam Moguntini petiere, res per *Schwindium* acta; fuit hic uir in rebus Imperii uerſatiſſimus, Caeſaris, & multorum Principum Conſiliarius, continuo quaſi arbitrum inter Electorem & urbem in friguſculis egit, & ſic ab utraque parte multum quidem ambiebatur, ſed ut ſolet, a neutra gratiam, potius inuidiam retulit, hinc infelix exitus, quem poſtea referam. *Duumuiratus.* *Foedus contra illum.*

* *Anno MDCXVIII.* (a) *Vide infra n.* 39.
* *Anno MDCXXII.* ** *Anno MDCXXVIII.*

XXXVI * Secutum fatale Caeſaris edictum, quo Proteſtantes eccleſiaſtica bona reſtituere iubebantur, terruit & illud Erfordiam, quae *Edictum Ferdinandeum urbem terret.*
† pag. 256 uaria monaſteria, templa etiam † Catholicis ademerat; igitur in partes eorum, qui foedus contra edictum pacti, propendit, euentum rei ſolicita expectatione obſeruans. Non ſegnes ad ſua Religioſi aderant, coenobia uindicaturi. Praecipue Fratres Ordinis Eremitarum *S. Auguſtini*, & *S. Franciſci*. Hi in ſe diuiſi, mutua aemulatione ſua commoda corruperunt, quippe & coetus Conuentualium, & ille, qui ſtrictioris obſeruantiae monaſterium praetendebat, utroque aſſerente, ſibi quondam ademptum: tractum his tempus, usque dum mutata fortuna utrique negaretur. Felicius *Auguſtiniani* inſtabant, licet iis Senatus magis reſiſteret, quod monaſterium eorum, in quo *Lutherus* uixerat, quaſi ſanctum haberet, ac Gymnaſium in eo iuuenibus Studioſis aperuiſſet. Contra Paſſauienſe placitum coenobium hoc repeti, quod Proteſtantibus antea occupata addicit; Ferdinandeum (a) decretum itidem refragari, & cum Thuringicae prouinciae Auguſtinianorum Praeſide transactionem; imo propoſitas fuiſſe pacti leges Moguntiae, uigore quarum, & retinere debeat ciuitas monaſterium, & deſuper conſenſum papalem accipere. Econtra Caeſarei edicti executores: Paſſauienſem transactionem Erfordiam ut municipalem urbem non attinere, decretum Ferdinandeum commentum *Religioſi monaſteria repetunt.* *Franciſcani occaſionem elabi ſinunt.* *Auguſtiniani monaſterium ſuum praetendunt.*
† pag. 257 eſſe per mendacia Caeſari † imputatum, pacta cum Prouinciali & citra mandatum Ordinis, & metu inita, nec in iſtius praeiudicium, nec ceſſante iam neceſſitate obligare, tentatam Moguntiae transactionem in placitum nunquam tranſiiſſe. Vrgentibus negotium monachis cum iis Senatus transegit, ac *Seruitarum* monaſterium una cum reditibus addixit, eo in ſequentibus turbis deuaſtato, *S. Valentini* curiam emere: ſacris templum *S. Wipperti* ab Electore ad interim aſſignatum. Franciſcani ſibi inuicem obſtantes intento fruſtrati ſunt. *Aliud pro ſuo accipiunt.*

* *Anno MDCXXIX.* (a) *De quo ſupra n.* 28.

XXXVII * Appropinquabat Magdeburgenſis excidii uindex Suecorum Rex *Guſtauus*. *Tillius* & uirtutem hoſtis, & belli fallaciam perpendens, munimenta undique praeſidiis replet, ut & retardarent hoſtem, & maiore ui preſſis refugium eſſent, aperiri ſibi hanc urbem, recipique praeſidium uoluit: trepidabat Senatus, nam ſi negaretur, uictorioſus ille Dux exequi, quae rogauerat, potuit, receptum autem praeſidium edictum Caeſareum obtruſiſſet. Recurritur ad *Schwindium*, & poſtulata *Tillii* exponuntur: parituram in omnibus ciuitatem Caeſari, Electori, MDCXXXI. Tillius *praeſidium imponere Erfurte intendit.* *Ad auertendum* Schwindius *inſtruitur.*

dum grauiſſimo praeſidii onere non ſupprimeretur; aduertere ſe, non tam munimenta intendere Caeſarem, quam edicti obedientiam; ciuitatem autem ad omnia pronam: fruſtra uolentem cogi, religionis utriusque ciuibus praeſidium graue futurum, † bona amicorum aeque ac hoſtis militem rapere. Vellet inducere Catholicos, ut legatis ad *Tillium* miſſis, concordiam ciuitatis, nec aduerſus iuſta quaeuis ſubeuntes ſe milite egere nuntient. *Schwindius* his deceptus, ſuis etiam praediis & facultatibus, quas ampliſſimas habebat, a milite timens, Clerum, & Catholicos ciues, ut quosdam ad *Tillium* ablegarent, inducit. Exponunt illi concordiam ciuitatis, ac quod Lutherani iuſtis omnibus ſe ſubiiciant, ipſa etiam templa, & monaſteria reſtituere uelint. His, & quae alia ſuum in exitium propoſuerant, motus *Tillius*, adigere Erfordiam ad praeſidium deſiit, quod paulo poſt ipſis deprecantibus Catholicis extremas calamitates attulit. Quippe * mutata ad Lipſiam belli alea, fugatoque a foederatis *Tillio*, Senatus aperte Suecorum partibus acceſſit, utque impune faceret, ac aduerſus Dominum ſe muniret, miſſis ad Regem legatis praeſidium rogauit. Continuo Regem legati ſequebantur, usque dum expugnata Herbipolenſi arce audirentur †: multis ibi de recente uictoria, de proſpero armorum ſucceſſu Regi gratulati ſunt: adeſſe eum ex iuſſu Numinis euangelii uindicem, quod ut in tota Germania ſic in Erfordia praecipue; multa hactenus tulerit, eam ergo pedibus maximi Regis ſe ſubiicere, atque pro libertate conſcientiarum, pro templorum conſeruatione † aduerſus Pontificiorum uiolentias, & nuperum edictum, praeſidium rogare. Rex poſtquam aliqua de ſtatu urbis ſciſcitatus eſſet, utilibus precibus annuit, ac militem impoſuit. Clerus, Moguntini Officiales & iura, a deditionis legibus excluſa, Suecis in praedam data ſunt. Ipſe *Guſtauus* urbem accedit, ac ingenti pompa recipitur. Magna omnibus laetitia, quod nunc tandem ſaluum euangelium fore perſuaſum eſſet. Tam potens in animis uulgi religio! receptum praeſidium, libertatem perditam, nihili habebantur, quia religione adumbrata fuerant. Senſerunt, at ſero, *Schwindius* & Catholici, Senatum non praeſidium, ſed obedientiam edicti Caeſarei horruiſſe. *Schwindius* a ſecuritate publica excluſus hoſtibus deditus eſt. Erat inter eos *Schwindii* quondam alumnus, qui ingrato facinore contumeliis uexatum diripuit, ac cum tanto maerore extingueretur, cadauer in tumba adhuc uerſauit, an forte pecuniam propinqui occultaſſent? quod poſtremum Senatui imputatum, qui monumenta litteraria ſimul efferri ſuſpicatus eſt. Clerus etiam diſperſus hinc inde fugit, aut latuit.

Edit. 1

† pag. 258

Catholici miſſis ad Tillium legatis deprecantur, idque magno ſuo malo.

MDCXXXI.

Caeſo ad Lipſiam Tillio Senatus a Suecis praeſidium rogat.

† pag. 259

Officiales & iura Mogunt. Suecis deduntur; ex quo Rex ipſe uenit Erfordiam.

Ingratitudo Senatus erga Schwindium.

† *Anonymus* lib. I cap. XII p. 140 curate oſtendit, falli hic *Gudenum*, dum dicit, *Erfurtenſium legatos continuo Regem Sueciae ſecutos, usque dum arce Herbipolenſi expugnata audirentur.* Regem enim die XXI Septembr. urbi militem iam impoſuiſſe: ſequenti magno comitatu ſtipatum ipſummet ueniſſe Erfurtum: die XXIV iter in Franconiam proſecutum eſſe; diebus ſequentibus Herbipolim & Moguntiam ſuam ſub poteſtatem redegiſſe, & litteris XXXI Decembr. ad praeſidiarios datis ſerio diſtricteque mandaſſe, cauerent, ne Inſpectoribus, Paſtoribus, & Profeſſoribus, cuiuscunque illi religionis in ciuitate ſint, ulla ex parte moleſtiae quid inferant: ſe enim fide, quam Regibus & Principibus adhiberi par ſit, libertatem ſacrorum eis promiſiſſe, ſecuritatemque.

Manſerunt haec arma in urbe, usque dum Caeſar cum Saxone * Pragae tranſigeret. Pacis huius leges multi Imperii Ordines ſubeunt, ſolicitatur & haec ciuitas, ut hoſtile praeſidium dimitteret, nihil priuilegiis, nihil libertati † ritus derogandum, ſalua pacta cum Moguntino, ſalua iura fore, de quo cum ſpecialiter a paciſcentibus cautum eſſet, egit Senatus cum *Saluio* Regni Sueciae Cancellario, ut praeſidium educeret, fidam urbem ſua ſponte futuram. * Sic reſtituta ſibi Erfordia, & Catholicae religionis Clerus, qui hactenus exulauerat, ſuas poſſeſſiones recepit.

† pag. 260

Pace Pragenſi conſtituta Erfordia praeſidium Suecicum dimittit.

* MDCXXXV.

* *Anno MDCXXXIV.*

XXXVIII Viderunt mox Sueci, quid reliquiſſent, urbem ex qua domare uiciniam potuerunt; nihil igitur intermiſſum, quo praeſidium denuo

Edit. I denuo introducerent. Inuenti ex Senatoribus, qui urbem *Bannerio*, Ductori exercitus Suecici, proderent. Veniret *Bannerius*, exercitum urbi admoueret, se intus ad deditionem ciues disposituros. Adest ille, atque tormentis aliquot maioribus urbem prouocat, statim omnia in armis; qui colluserant, periculum aggrauant: incumbere iam moenibus potentissimum hostem; sed non hostem esse, qui religionis tutandae, qui libertatis Germanicae gratia uenerit; amicum fore, si amice habeatur; si uero impari renitentia irritetur, iura uictoris exerciturum. Cum his terriculamentis a multitudine uota colliguntur. Recipitur *Bannerius*, & cum eo praesidium. At Clerus, iura Sedis, & ministri pactis comprehensi. Scilicet *Gustauus* Rex cum primo urbem intrasset, deditas † pag 261 sibi Moguntinas iurisdictiones Praetori & Assessoribus † demandauit. Isti muneri *Rennemannum* Iurisconsultum praefecit: ille cum & perpetua isthaec fore imperia speraret, & a praesidio haberet potentiam, exactissime iura Sedis exercuit; aduertit ciuitas se dominum, non conditionem mutasse, nisi in deteriorem; nam obloqui, quod erga Moguntinos amor patriae dicebatur, hic crimen erat: ideo ne seuera isthaec imperia denuo stabilirentur, cum *Bannerio*, salua iura Moguntina fore, debili fide pactum est. Didicit uicinia, quam periculosum sit, munimenta prouinciae ex imperitae plebis arbitrio pendere. Statim amicis, hostibusque tributa indicta, omnis Thuringia, Eichsfeldia, Franconia, Voigtlandia, Saxonia, Misnia usque ad Bohemicos saltus ad stipendia coacta, sicque non sine onere solum aerarii Suecici fuit hoc praesidium, sed annue turmis nouiter conductis exercitum auxit †. Tot prouinciarum census ut certius teneret, urbem firmius muniuit. Vallum antea ad radices Cyriaci montis decurrit, ubi porta solidissima turri defendebatur, praealta illa, ut & Cyriaciburgo dominaretur, erat hoc necessarium populari regimini, ut urbs arci, non haec urbi frenum poneret. At Suecis alius finis, utque ex arce continere ciuitatem possent, turrem solo aequant, uallum contrahunt, ac positis utrimque humilioribus muni-
† pag. 262 mentis nouam portam, quae hodie supereſt, erigunt. † Moenia in Petrino monte imbecilliora uidebantur; igitur uallum ibi, fossas, & alia munimenta ducunt: cum moeniorum pars diueretur, antiquissimi nummi argentei in iis inuenti sunt. Archiepiscoporum imagines exhibent, qui ante quatuor, quinque & sex saecula uixerunt: erecto ante saecula muro, nummi ueteri more suppositi sunt (*a*). Ardebat interim bello Germania, & *Bannerius* ipsam Bohemiam penetrauerat, sed Caesareano exercitu pressus Erfordiam repetit. Caesareani ad Salam castra metantur. * Ille uiribus impar intra moenia se continet, usque dum * MDCXL. Galli †, Hassi, & Luneburgici laboranti subuenirent. Hi tres exercitus in extensissima planitie ad urbem, arma iungunt. Pulcherrimum amicis spectaculum, ex uallo citra periculum tot exercitus uidere. Vnius sed temerarii hominis ausus terrorem omni praesidio incussit: literarum Studiosus ex Voigtlandia natus, Iena, ubi literis operam dederat, summo mane pedes Erfurtum petit, nouo coempto gladio domum Praefecti Suecici adit, ex famulis Domini praesentiam rogat, habere se, quae per alium non expediri, sed illi ipsi proponi debeant; cum famuli, ut erat, Dominum uix ante abiuisse dicerent, ipseque denuo secederet, obuium
† pag. 263 habet cohortis Vicepraefectum, † qui Cyriaciburgo praeerat; hunc gubernatorem putat, & stricto gladio transfodit; concitato statim cursu cohortis equestris Centurionem non procul stantem simili facinore occidit; fit concursus, milites se proditos suspicati, ad arma circumspiciunt. Sed non impiger scelestus tertium homicidium perpetrat, usque dum multitudine circumueniretur, ille audacter contra multos se defendit: protraxit certamen, quod uiuum capere uellent, ut atrociori morti seruaretur, & conspirationis socii exprimerentur: tandem captus ad Cyriaciburgum deductus est, ibi uariis tormentorum generibus motiua facinoris, & auctores, sed frustra petebantur, quod ille mandato Dei constan-

Praesidium ope denuo introducitur.

Clerus, Officiales & iura Moguntina legibus deditionis comprehensa.

Damna uicinae ex recepto praesidio.

Munitur fortius Erfordia.

Turris Brületensis deiicitur.

Numismata antiquissima sub dirutis moenis inueniuntur.

Coniunctio trium exercituum.

Temerarium cuiusdam facinus.

constanter adscriberet, qui turpis licentiae milites de ira sua moneri Edit. I
iusserit. Homicidia in locis delictorum forcipibus candentibus laceratus, postea in quatuor partes sectus, quos cruciatus constanter, ut ne in cantu quidem turbaretur, pertulit.

† *Vberem ac copiosam, sed animo Saxoniae Ducibus infenso, Gudenum* hic dedisse *tam Erfordiae a* Banerio *receptae, quam molestia-rum inde a praesidio Suecico uicinis illatarum descriptionem*, dicit *Tenzelius* § XLIII *Supplementi III* ad *Sagittarii* Hist. Goth. p. 889.

(a) *Imagines aliquot talium nummorum uide supra ad an.* 1020 & 1251.

† *Tenzelius* § XLVII *Supplementi* modo dicti p. 893; *Gallos* Pfefferkornius *noster intelligit per copias Ducis* Bernhardi, *quarum reliquiae illi erant.*

Familia Comitum de Gleichen deficit.

XXXIX * Antiquissima *Comitum* de *Gleichen* familia in *Henrico* deficit, ut solet, non sine lite. Moguntinus Comitatum Archiepiscopatus sui feudum, extincta familia apertum uindicat, eumque Comiti Hatzfeldio *Melchiori*, Caesarei exercitus Duci, & *Hermanno* fratri confert. Saxones, ac Schwarcenburgici Comites castrum ipsum cum appertinentibus Moguntinum esse feudum non infitiabantur, † at dominia † pag. 264
reliqua uel beneficia Saxonica uel allodia esse; illa dominis, haec Schwarzenburgicis ex parte deberi; *Blanckenhain* Moguntinum quidem feudum, sed femininum filiae ultimi Comitis, & heredi adimi non posse. Vrbs haec, eiusque ciues frequentissima feuda a Comitibus illis hereditaria iam antiquitus possedere, timuit illa, cum Saxones, & Schwarzenburgici allodia Comitum in feuda masculina uertissent, ne suis hoc beneficiis praeiudicio esset. Senatus missis ad illos nuntiis declarationem impetrat, pacta ista non feudorum Erfurtensium utile, sed directum duntaxat dominium affectura: ubi relique lites sopitae, alibi dicam.

* *Anno MDCXLIV.*

Nescio, quid sibi uoluerit auctor, dum margini annum hunc *MDCXLIV* (pro quo in priori editione operarum uitio *MDCLXIV* erat) adscripsit; tum uero tradit, familiam Comitum Gleichensium in *Henrico* defecisse. Vti enim ea in *Ioanne Ludouico* anno MDCXXXI die XV Ianuarii extincta est; ita Moguntinus Elector *Anshelmus Casimirus* fratribus *Hatzfeldiis*, *Melchiori* & *Hermanno*, istas Comitum Gleichensium possessiones, quae feudi lege ad Archiepiscopatum redierant, nominatim castrum *Gleichen*, lacum illi contiguum, uicum *Wandersleben*, aliaque in assignationis formula, quam *Gastelius* de statu publico Europae cap. XXX p. 890 dedit, enumerata an. MDCXXXIX die XXX Iulii ritu fiduciario contulit.

XL Non abs re erit, priusquam ipsa ciuitatis fata narrem, ruentis reip. non tam morbos, illos enim ex erroribus prudens lector aduertet, quam faciem, gubernationis modum, uires, studia recensere. Facta narrabo, non iura decidam. Amplissima urbs armis & pecunia dominium suum late per Thuringiam auxerat, oppida, arces, Comitatus absoluta ciuitatis imperia suspexere, nullae ruricolis libertates, nullae imperiorum leges. Moguntinus & Saxones, interdum his potestatibus oblocuti, sed ipsum imperii exercitium penes Senatum mansit. Huic in urbe non eadem auctoritas, sed multum per Electoris ministros humiliata. Vicedominus, Praetor, † Assessores, Aduocatus, Scabini iurisdictiones, † pag. 265
magnum reip. momentum ut plurimum exercebant, opificibus leges, tribulibus iura dabant; ipsa imperii meri uis, gladius, furcae, lictores sub arbitrio Moguntino erant, cum nec sanguinis ferret sententiam curia, nec poenam exequeretur, sed comperto capitali negotio reus Praetori sistebatur. Per sententiam in ciuilibus grauatis refugium Elector: ad quem per appellationem lites deuoluebantur, sic tamen, ut prius deferre grauamina Senatui liceret, cui intra bimestre acta reuidere, & emendare causam ius, fasque erat. Hoc iam olim ab Electoribus ob superioris iudicii longinquitatem ordinatum, quo breuiori compendio iustitiam ciues obtinerent. Praeterea diuites census, etiam uectigalia Electorali Quaestori, eiusque publicanis, pendebantur. Ecclesiastica potestas olim per Thuringiam, & Hassiam exercita, postea etiam in Erfurtensi territorio suspensa, nisi quod eos, qui Catholicae religioni deuoti, regeret, titulo ueteris dignitatis, Sigillifero, ac tribunali ecclesiastico antiqua pompa manente.

Potestas Senatus in pagos,

in urbe restricta.

Imperium Moguntinum.

Appellatur Moguntiam.

Moguntini potestas Ecclesiastica.

Edit. I manente. Senatus ex ſtatutis ab inteſtato hereditates diuidebat, & ordinabat commercia, dabat tutores, curabat aerarium, ac quod licentiam auxit, uis armorum, ualla, uigiliae, praeſidia poteſtatis, ad eius imperium erant. Sacrorum curam delegatis commiſerat, ex ipſis † Senatoribus, & Praedicantibus ſelectis. Alia utrimque exercita, plura inuicem magna contentione praetenſa, & negata. Iſta reip. poteſtas in omnem plebem effuſa erat, uiliſſimis etiam, & qui ligonibus terram uertunt, in grauioribus negotiis uotum praetendentibus; cumque in populari ſtatu plus ille poſſit, qui plus audet, iisque ligonariis, ac quorum decocta penus, & multitudo ſua, & ex rebus turbidis lucri ſpes auſum adderet, magna horum fuit auctoritas, ut prudentiores alii, qui & auertere damna ciuitatis, & commoda ſtabilire potuiſſent, ſeruili aſſentatione ſaepius iſti multitudini uota quam reip. darent. In electione Senatus inſignis mixtura, ſic tamen, ut plebis poteſtas ubiuis emineret. In feſto *D. Thomae* congregari per regiones ac tribus ciues, Tribunos ſibi elegere, claſſes ſingulae duos nominarunt, ſic ut computati quinquaginta duo eſſent. Hi in Diuae *Barbarae* feſto Quatuoruiros dixere, tres ex communitate, quartus ex Opificibus lectus. Circa diem *trium Regum* noui Senatus electio inſtituta, ubi de iure uotandi hactenus, & poſtea uehemens contentio, quibus in quantum agitata resp. mox dicemus. Ex primis legibus Quatuoruiri, Tribulesue, ac regionum Magiſtri Senatum eligebant; poſtea Conſules huic poteſtati ſe immiſcuerant, ipſique Quatuoruiri, propenſiores in regiminis ſocios, † Tribules excluſerant. Actui electionis Moguntinus Vicedominus ac Praetor in curia intererat, quos Senatus ſpectatores tantum eſſe contendit, cum ipſi auctoritatem ſe tribuere dicerent, certe in iuſtitiam electionis inquirerent. Electione peracta nouus ille Senatus, Domino ſuo Electori iureiurando ſe adſtrinxit, ueteri formula, qua Vicedominus, & Aduocatus ipſi Domino iungebantur, ſed nec hoc ſine contentione, quippe cum Vicedomini, ac Aduocati Comitis mentio fieret, Senatus, eorum iura ſibi iam competere aſſeruit, aſt Moguntinus Praetor ſuo Principi Electori uindicauit. Poſt Moguntinorum ſeceſſum officia inter electos diſtributa: aliis iurisdictionibus pagorum, alii rei aedili, aut oeconomicae praepoſiti. Quatuoruirorum tribunitia ampliſſima fuit poteſtas, reditus ciuitatis, aerarium, archiuum, & ſigillum maius ſub primi Quatuoruiri cuſtodia, perpetua intercedendi apud Senatum poteſtas, imo, & inhibendi, usque dum ad arbitrium populi detuliſſet. Ille Tribunos conuocauit in comitium, de actis Senatus conſultauit, literas reip. inſcriptas aperuit. Secundus Quatuoruir Praefecturas, ſecuritatem arcium curabat, ſigillum minus habebat. Reliqui aedificia urbis reparabant, contentiones, & rixas uerbales diſcutiebant. Apparet ex his, quam modicum poteſtatis Conſulibus, & Senatui reliquum † fuerit. Sed maior boni priuati, quam publici amor, aemulatio, ambitus, neceſſaria communium delictorum conniuentia omnia turbauerant; nullae aerarii facultates, cui & fidem ingens aes alienum detraxerat. Hinc modica armorum, minor uallorum cura, & quae non niſi magnis ſumptibus pertentantur. Hic fuit reip. ſtatus, quem turbae ſequentes exceperunt.

† pag. 266 *Poteſtas Senatus in urbe.* *Senatus poteſtas eccleſiaſtica.* *Status Democraticus.* *Electio Senatus.*

† pag. 267 *Primi Quatuoruiri poteſtas.* *Secundi poteſtas.*

† pag. 268 *Corruptela Reip.*

Situs urbis & genius dubito an huius loci: ſed & hunc narratae res produnt. Hodie ab iſto longe mutatum, qui maiores tantam in amplitudinem euexit. Ille hinc inde ad Geram in latiſſima planitie decurrit, collibus uite luxuriantibus undique ſuſpenſa. Nec infelix uinearum cultura: uinum ſat generoſum, ſi auſteros annos, & eos excipias, quibus attracta, aut concepta in uaporibus uenena, cum tenui & rorante pluuia demittuntur in uitem, ac pampinis una cum uuis marcorem indunt; ipſa generoſitate ſalubritas commendatior, quod nec hepar incendat, nec conficiat pulmones, imo neque renibus inuehat calculos, neque articulis tartarum, ſeu quod iſtis naturae beneficio careat, ſeu craſſius ſit, quam ut tenues meatus penetret. Illud miraberis, Tranſalpine,

Situs urbis. *Vini ferax.*

quod deficientis caloris munus, frigus ſuppleat: ſcilicet ſolis radii ad perfectam maturitatem uuas raro perducunt, ſed emorientis aeſtatis calori, autumnalis bruma ſuccedit, illa † demum ſiliquas extenuat, & conſumptis immaturis humoribus ad dulcedinem excoquit; hinc ſera uindemia, & modo a Nouembri hoc beneficium expectatur; uidi in Decembrem dilatam, ac induratos frigore botros, ad ignem debuiſſe cogi, priusquam prelo ſupponerentur: nec debilius inde uinum, ſed in multos annos generoſius aſſeruatur. Alius (*a*) & cereuiſiam laudat, quod multum habeat ſubſtantiae ſuccique, proinde liberali alimento uires augeat; ſed nec ipſis Erfurtenſibus hactenus perſuaſit, neque poſſibile eſt picem potabilem conducere. Ager in planitie extenſus, cultores immodica fertilitate remunerat: quidquid ſeueris, plantaueris, ibi ſuam glebam inuenit: Aniſio, glaſto, Enico tinctorio, late diffitae gentes, & maritimae regiones; culinae autem cenſibus aliquot milliarium uicinia inſtruitur. Glaſti commercium India minuit, ex qua ſuccum, an herbam coloribus aptam important, magno & Thuringiae, & tinctos pannos ementium damno, quippe eadem lanificia quae coloribus ornat, corrodit, ut priusquam attriueris, diſſoluantur. Cautum Imperii legibus, (*b*) ne iſthoc Indicum laſer, aut panni eo tincti importentur, ex utilitate reip. futurum, ſi poſthabitis externis ea conſumamus, † quae natura intra Germaniae limites poſuit, ſed, ut in diſtracto per uarias utilitates imperio ſolet, minus obſeruamus, quia lege cautum eſt. Sin excutiet aliquando India Europae iugum, & magnarum iniuriarum memor omni commercio arcebit, tunc pinguis Thuringiae gleba de ueteri beneficio ſolicitabitur, & uigori priſtino reſtituta maiorum diuitias reducet. Illa glebae fertilitas ſocordes ruricolas efficit, in ſpem certorum fructuum deſides, profuſiores etiam in iſta, quae palatum implent. Muſica ibi agros incolit, neque promptius ruſtici ſtiuam, quam omnis generis Muſicen ex arte tractant.

Edit. 1

† pag. 269

Agri fertilitas.

† pag. 270

(*a*) Ioan. Curio, *Medicus, in notis ad* Scholam Salernitanam *cap.* 46.
(*b*) Ordinatio Politica Francofurtenſ. *anno* 1577, *tit.* 21 § 3.



HISTO-

HISTORIAE ERFVRTENSIS

LIBER IV.

ILLVSTRISSIMO. GENEROSISSIMO. BARONI

DOMINO. DOMINO

IOAN. HENRICO. DANIELI

A. RIDDER. IN. GROENSTEIN

ELECTORALI. MOGVNTINO

CONSILIARIO. INTIMO

IVDICII. AVLICI. PRAESIDI

VRBIS. ET. TERRITORII. ERFVRTENSIS

VICEDOMINO

IOANNES. MAVRICIVS. GVDENVS

S. D.

† † †

QVartus hic Annalium Erfurtensium liber est, a rebus gestis, studiis partium, & artibus, a mutationibus praecipuus: huic, ILLVSTRISSIME VICEDOMINE, felicem imponis coronidem, dum in gubernationis TVAE primordiis desinit, hoc uno infelix, quod attingat tantum, neque TVORVM exoptatissimos consiliorum euentus, & temporum, quibus prudenti dispensatione Remp. ordinas, faustissimos decursus recensere ualeat: difficile non fuisset eos, licet futuros, narrare, si, quam scribere gestarum rerum Historiam, tam ex praesentibus praedicere futura, nec non imitari politicum instituissem, qui dum Heroicas uirtutes TVAS examinat, quomodo subditos humanitate flectas, grauitate auctoritatem firmes, perspicacitate omnia penetres, quomodo clementia reducas malos, beneuolentia bonos teneas, cunctos iustitia regas & indefessa conserues industria, facile profecto paratos ad nutum subditos, stabile imperium, prosperos successus, bonos ciues atque fortunatissimam ad honorem Electoratus remp. praedicet. Ast praeripere nolui deuotissimo stilo felicitatem hanc, qui uirtutes TVAS, & res ad sereniſſimi domini ELECTORIS, ad eminentissimi ARCHIEPISCOPATVS commoda a TE gerendas olim posteritati transcribet. Magna res est, & Herculeus labor Erfordiam regere, utili, genio, ritu in se dissidentem! hanc applaudentibus bonis TVAE prudentiae credidit ELECTOR. Certe ego felicem me reputo, quod dum in celsissimi ELECTORIS nostri seruitiis hic uiuo, TIBI eiusdem locum tenenti subiectissima possim obsequia praestare. Quod reliquum est, uota mea ciuium desideriis, & saluam Remp. optantium studiis adiungo, proque incolumitate TVA, pro diuturna gubernatione Deum Opt. Max. adoro, faxit ille, ut Sereniſſimus ELECTOR, ut Reuerendissimum eminentissimae Metropolitanae CAPITVLVM, ut TV, Illustrissime BARO ad nostrae felicitatem Erfordiae, diu, pacifice, feliciter, uiuatis, regatis, floreatis.

HISTO-

Edit. I

† pag. 276

HISTORIAE ERFVRTENSIS

LIBER IV.

ISTis malis a saeculis agitata respublica, frustra Moguntia opem urbi obtulit, cui satis ad iram causae uidebatur, a Domino moneri. Clauum qui occupauerant rectores, cum antecessorum erroribus sapere debuissent, perforata iam naui, & aestuante maxime procella de amplioribus uelis ad exitium circumspexere.

Erfordia ad tractatus pacis Legates mittit;

I Monasterii Westphalorum, & Osnabrugis consilia pacis Europae agitabantur. * Ad eum conuentum exhausti aerarii Erfordia magnis sumptibus legatos misit. *Hallenhorstius* Consul, & *Geislerus* reipubl. Aduocatus legati. Elector, Imperii negotium agi, dicebat, ubi municipalis urbis nullae partes: non admitteret legatos Caesar, qui non nisi ad iniuriam Domini uenerint. Diu consultatum an admitti Erfurtenses possent? tandem audiri debere in solenni hoc conuentu placuit, quicunque se grauatos dicerent, ac publicae tesserae securitatis concessa: uix aderant, & uerbosa digestione Erfordiam non Sedi Moguntinae subiectam, sed † Imperii membrum, & ciuitatem liberam, cum ceteris eiusdem libertatis urbibus non nisi Caesaris Maiestatem obseruare, paciscentibus Monarchis persuadere conati sunt. Ista publicae pacis legibus ad futurorum temporum informationem adnotarentur, ne, ut hactenus contigit, in conuentibus Reip. Romanae praeteriretur. Noua haec Moguntinis uisa, & addita prioribus insolentiis malitia, ne quid autem calumniae in Caesaris, Regum, & Principum animis haereret, alio scripto ciuitatis causam refutarunt. Mox iterum Erfurtenses prioris argumenti defensionem Proceribus exhibuere. * Idem Moguntini reiterarunt, & magna contentione utrimque actum est. Quae fuerint momenta partium, superuacuum esset narrare, quod typis uulgata publice extent. Praeterea Erfurtenses de causae iniustitia ex hoc moniti, quod nulla sui ratione habita, in pacis articulis praeterirentur, ideoque temeritatem poenitentia dudum aboleuerunt.

qui aegre admissi.

Eorum propositio.

† pag. 277

Contradictum a Moguntinis.

* MDCXLVII.

* *Anno MDCXLVI.*

Similiter a Saxonibus.

Saxones etiam, ut litem augerent, Erfordiam in suo Landgrauiatu sitam, proinde subiectam sibi, nec liberam Imperii ciuitatem, nec Moguntini iuris esse, publico scripto contenderunt; (a) *Agnouisse hanc superioritatem maiores, qui iura a Landgrauiorum tribunalibus expectarint, & hodie securitatem uiarum publicam eam † euincere, quae a conductu Saxonico dependeat; pagos, & circa urbem territorium, uel a Landgrauiis, uel ab iis accepisse, qui in reliquo districtu suo Dominos supremos agnoscant; proinde accipientem Erfordiam plus iuris arrogare sibi non posse, quam tradentes habuerint.* Ne tamen aduersarios communi impetitione unirent, contra solum Moguntinum stilus dirigebatur.

† pag. 278

(a) Informatio Saxonica super iure superioritatis in Erfordiam.

Erfurtenses fundamento Saxonum refutant.

Sed non decepti hac prudentia Erfurtenses, quin suas peti libertates, & repulsum toties principatum intendi aduerterent, multis aduersus Principum Legatos se tuebantur. (a) *Situm in Thuringia Erfordiam, eiusque si magnificentiam spectes, caput esse, hoc sibi liquere; at in Landgrauiatu sitam, qui nec olim, nec hodie Thuringiam sit complexus, id ueritati repugnare: aliud urbes, Comites, Principes, qui late per Thuringiam terras possident, sentire, ac Landgrauios pro uicinis in eadem prouincia, non pro Dominis suis agnoscere:*

a prim

a prima Thuringiae memoria nunquam eam uni Domino subiectam, sed per Marchiones, Duces, Comites, Dominos diuisam. Erfordiam, priusquam Landgrauiorum nomen in Thuringia auditum esset, suis legibus uixisse, ac licet postea uiribus, & amicitiis aucti, Landgrauiorum etiam titulus accesserit, insuper uariorum Comitum facultates bello, uel hereditate acquisiuerint, alii sponte quid concesserint, sola tamen auctoritate, non iubendi imperio ceteris eminuisse, praecipue Erfordiam libertates suas tutasse. Fruſtra Landgrauios exemptionis probationem ab iis petere, quos nunquam subiectos habuerint. Has libertates † ingenue agnitas, Principibus cum Erfordia tanquam urbe uicina semper agentibus: quorsum enim foedera inuicem, (b) promissa tutela, & alia speciali conuentione pacta, si Principibus dominium, & cum eo iubendi uis, urbi subiectio, & sic etiam sine pactis parendi necessitas adfuerit? Aliter maiores sensisse: Henricos Misnicum, & Brabantum, qui tantis animis de Landgrauiatu pugnarint, Erfordiam extra litis aleam consistentem nunquam respexisse. Esset conducendi ius superioritatis nota, hoc urbi ex lege regia (c) competere. Iudicia Landgrauiorum fruſtra allegari, quae ciuitas nunquam agnouerit, nisi diceretur, eadem lege Erfordiae se Landgrauios subiecisse, (d) cum isthaec tribunalia ex foedere erecta, uiolatores pacis coercuerint, sic ut ipsi foederati eo de crimine causam foederi probare adpromiserint. Pagos suos, Comitatus, & Dominia plurium saeculorum possessione iam urbem tenere, libero semper imperio, nec ullius superioris auctoritate permixto. Edit. I † pag. 279

(a) Gegenanzeige aduersus Informationem Saxonicam.
(b) *Formulas talium foederum uide in dicto Erfurtensium scripto lit.* C & H.
(c) Aurea Bulla *tit. I.*
(d) *Instrumentum super talibus iudiciis pactitiis ad seruandam pacem publicam uide in dicto Erfurtensium scripto, lit.* F.

Similiter scriptum Saxonicum refutant Moguntini.

Moguntini etiam contra scriptum Saxonicum insurrexere, uaria ex annalibus allata, quae uetus in prouinciam dominium stabilirent, reliqua uel liberali donatione, uel necessitate temporum transiisse in Landgrauios; metropolim cum aliis quibusdam sibi Moguntiam reseruasse. Plura in hunc sensum adducta, quae Praetor *Dresanus* ex † antiquitate congesserat. † pag. 280

Contra Moguntinos denuo Erfurtenses insurgunt.

* Perciti his denuo Erfurtenses, multis antiquissimam libertatem, qua iam a Francis aduersus Thuringiae Dominos muniti fuissent, incerta fide adducunt. Tandem hae tricae optatissima Imperii pace abruptae sunt. Vidit profusis expensis Erfordia, quanto utilius sit priuatim se continere, quam impari litigio potentiores excitare. Nulla in pacis legibus urbis mentio, sed pristini obsequii uinculo relicta est.

(a) *Anno MDCXLVIII.*

Moritur Anselmus, *cui succedit* Ioannes Philippus, *qui primam curam Erfordiae applicat.*

II Durantibus istis litibus *Anselmus* Elector fatis concessit, & auspicatissima omnium electione, Herbipolensis Episcopus *Ioannes Philippus*, Imperii Princeps, & Franconiae Dux, Archiepiscopus Moguntinus eligitur. Hic cum negotium pacis ad finem tot suspiriis hactenus expectatum promouisset, primam curam nobilissimo Electoratus sui membro Erfordiae deberi existimans, quae mala per iniquitatem belli irrepserant, emendare aggressus est. Multa Electoris iura Senatus occupauerat, turbauerat Clerum, ademerat templa, interceperat reditus, & ueteris obedientiae leges abrogauerat. Vidit Elector, morosiorem esse urbem, quam ut solis iussibus obtemperaret, nec tamen uim adhibere uoluit, quamdiu pacatiore medio obedientia posset impetrari; quapropter Caesarem adiuit, uellet ille per legatos de causae meritis cognoscere, Moguntinam Sedem in pristinam superioritatem, † & iura, quibus ante bellum gauisa est, restituere; poscere hoc pacis leges, quae attentata per turbas nulli praeiudicio, & inuersa restitui uelint. * Caesar *Melchiori Ottoni* Bambergensium Antistiti, & *Eberhardo* Würtenbergensium Duci, Imperii Principibus, causam demandat, cognoscerent illi, & quid aequum statuerent, ubi difficilius rei momentum occurreret, † pag. 281

Caesaream commissionem impetrat.

Bamberg. & Würtenberg. Principes a Caesare nominantur.

Edit. I ret, cum uoto referrent. Principes accepta super hoc potestate Consiliarios subdelegant. Bambergensis *Petrum Iacobum* Aulae Praefectum, & *Philippum Wernerum Emmerich* Fisci Imperialis in iudicio Spirensi procuratorem, Würtenbergensis *Ioannem Albrechtum* de *Welward* mittit. Ingressi urbem legati praesidio Suecico adhuc impletam; anxii, qui hactenus remp. ex arbitrio rexerant, ne licentiae modus praescriberetur, omnia tentant, quo Caesaream Commissionem declinarent. Missi Norinbergam, qui degentibus eo in conuentu ad pacis executionem legatis Suecicis, negotium exponerent, etiam praesidii praefectus imploratus, idque effectum est, ut legatis Caesareis, ne quidquam molirentur, atrocibus uerbis inhiberetur. Sic ad sextam hebdomadem dilatum negotium, & legati se priuatim continuerunt.

Subdelegati.

Ingressi urbem aemulos inueniunt.

* *Anno MDCXLIX.*

III Dum haec ita agerentur, ciues ad maiorum felicitatem respiciunt, hac Senatorum † uitiis se excidisse questi, nullum boni publici amorem, tot reip. dominia, patentem late regionem, uectigalia, census, omnia priuatis utilitatibus famulari; inde ciuium inopiam, diminuta commercia, & de ueteri splendore non superfluum, nisi inane nomen. Vetus iam malum esse, cui sub initium superioris saeculi tanto conamine populus remedia quaesiuerit. Praescriptas eius saeculi anno decimo gubernandi leges, ac reip. commoda saluberrimis ordinationibus firmata, sed paulo post imperantium libidine inuersas, ac sic ciuitatem indies magis inopiae, & miseriis subiectam fuisse. Renouandas leges pristinas, & Magistratum ad seruanda publicae salutis munimenta adigendum esse. Potentem operam istis annis aduersus paucorum molitiones populum a Domino suo Electore Moguntino sensisse, eidem uiae denuo insistendum. Spondere felicem exitum quoties implorata, toties praestita Sedis auxilia, minusque iam dubitandum, cum Princeps ille praesideat, qui sui initia regiminis tot heroicis uirtutibus illustrauerit. Querelas istum in sensum Electori proponunt: renouari pristinas leges, & eas restitui rogant, quae auctoritate *Vrielis* ante centum triginta octo annos reip. latae. Electori non minus commoda ciuium, quam sua sibi futura cordi respondet, eaque se mediis iisdem aduersus morosum Senatum curaturum. Caesari †suorum ciuium desideria aperit, esse quidem hanc inter subditos litem, quam ipsemet audire, & decidere possit; ast nolle se auctoritatem dubiae fidei Senatus exponere; detrectasse hactenus Moguntina iussa, quod inermia fuerint, iurisdictionem, qua polleret, in Caesarem se prorogaturum, ea Senatui regendi leges, & licentiae modum praescriberet. Hic de potestate sua anxius ad astum recurrit, cumque Caesarea mandata se frustra declinaturum uideret, eandem litem Caesari submittit, ut & ei adularetur, & studia populi, qui Moguntinum implorauerat, argueret. Caesar oblatam ab Electore potestatem acceptans, litem hanc inter ciues, & Senatum iisdem, quibus Electoris grauamina commiserat, defert. Interim praesidium Suecicum discesserat.

† pag. 282

† pag. 283

Communitatis aduersus Senatum querelae.

Communitas ad Dominum suum confugit.

Elector causam suscipit.

Caesari commendat, suamque in eum iurisdictionem prorogat.

Senatus recurrit ad astum.

IV * Legati mandatas sibi curas suscipiunt. Interueniunt Saxones, non ita excludi se, & admitti Moguntinum posse: aliud pacta cum urbe superioris saeculi anno decimo sexto inita loqui, (*a*) secundum quae fas non sit dissidia ciuitatis semotis Saxonibus componere. Moguntini contra: Erfordiam Moguntinae Sedis urbem esse; publicae quietis curam non nisi Domino incumbere. Agere Saxones in principatibus suis, & imperare libere, nullis Moguntini obseruationibus turbari, idem & huic fauerent; transactionem illam in casum † allegari, quae a factiosis, qui remp. occupauerant, obtenta, postea ab ipso Caesare inualida, seditiosa in Dominum declarata fuerit. De his fide legatis facta Saxones excluси sunt. Dum in aegrae ciuitatis morbos inquireretur, repertum est populare regimen paucorum imperio corruptum: scilicet sex uel septem aliis callidiores potestatem ad se traxerant, ac ut nomine ueneration nem augerent, *Seniorum collegium* uocitati sunt, neue aut reliquorum

Saxones negotiis interueniunt.

† pag. 284

a Legatis non admittuntur.

Collegium Seniorum.

quorum assuetudine Senatorum uilescerent, aut agendi libertate collegarum inuidiam prouocarent, seorsim alia in sede omnia ex arbitrio, prout uel affectus, uel priuata utilitas suasit, egerunt. Vilioribus negotiis in speciem a momenti grauitate commendatis Senatum occuparunt. Sanctum de reliquis silentium, nisi quod priuata placita ad subscribendum aliis porrigerent. Cum his saepius Imperii Proceres, & Caesar aditus, omnia artibus eorum, & auctoritati cessere, ubi liberale ingenium in Senatore enituit, quod & oligarchicas fraudes aduerteret, & auderet arguere, uariis molitionibus exterminatum est. Suffectus iterum imperantium uel consanguineus, uel satelles. His oestris obsessa curia, ut etiam nidum pro seris nepotibus constituissent. Quippe nulla educationis prolium ad uirtutes cura, non destinati ad magna filii, sed ubi Edit. 1
paucâ scribere, & † loqui fastuose didicissent, curiae obtrusi, quae & † pag. 285
ipsa filiabus in dotem data. In fabulam abierat, reip. aerarium ollam esse mellariam; huius dulcedine Senatores inescari, & contulisse felicitatis complementum in filios se credere, isti si ollae admouerint. Facile uiderunt legati Caesarei, hos esse, qui & Moguntina iura interuerterint, & depressae suspiria plebis in clamores coegerint; ideo *Seniorum*, ut dici uoluit, *collegium* antiquarunt, ac postmodum alia, quae dicemus, circa Senatum emendata sunt.

Antiquatum a Legatis.

* *Anno* MDCL. (a) *Vide supra ad an.* 1516.

Moguntini pro Electore preces publicas decerni petunt.

V Consiliarii Moguntini praeter cetera Eminentissimum restitui Electorem in eo petiere, ut, sicut ante motus factum, pro eo publice preces decernerentur, ac e cathedra populo propositae solenniter fierent. Hic ille scopulus fuit, qui cum reip. naufragium minitari uidebatur, a saeculis inter ciuiles miserias fluctuantem, felicitati primaeuae restituit; ast non sine cruciatu remedium: Senatus oratum ante motus pro Electore negat, nec in eo restitui posse, quod nunquam habuit. Moguntini legatis testes ultra triginta sistunt, qui ante bellum, praeeunte sacrorum praecone, pro Electore oratum esse asserunt, id sub *Swicardo* pariter & *Friderico* agitatum. Conuictus his Senatus effugia quaerere, in Ministerium reiicere, Sacrorum libertatem praetendere: orasset ante bella pro Moguntino ciuitas, id † Senatus mandato factum, cui sacra, ritusque ordinare ex pace religiosa competat. Iam imperari preces, & indici pro eo, qui rituum aliorum Praesul, illas pro nullis habet; id & libertati religionis contrarium, & sacris suis ludibrium esse. Ciues renitentiam Senatus auersati, scriptum legatis exhibuere, in quo obsequentes se declararunt, dummodo per curiae dominatum possent; supplicatum Numini pro Domino iam olim, salua id religione, salua libertate factum, proinde & post hac se oraturos. Tentant legati spontaneam Senatus obedientiam, tot effata testium, & maiores obiiciunt. Ille: uersata archiua, peruoluta documenta, id quidem, quod discussis inter Moguntinum, & urbem litigiis pro felici transactione fuerit oratum, at pro Electore preces nunquam reperiri. Legati partibus auditis, ea intentione & modo, ut ante Germaniae bellum, pro Electore preces ciuitas offerret, decreuere.

Senatus renuit. Moguntini causae iustitiam Legatis probant.

† pag. 286

Ciues ad preces se offerunt.

Legati preces decernunt.

Dissidia Senatus & ciuium aggrediuntur.

VI Simul dissidia Senatus & ciuium aggressi, ac ne multitudo litigantium omnia confunderet, nominare partes iussae, qui uerbis aliorum loquerentur. Vtraque octo elegit suae causae oratores: Senatus *Hallenhorstium*, *Bergerum*, primos Consules, & *Geislerum* reip. Aduocatum, ciues *Silberschlagium*, & *Limprechtum* nominarunt. Hos recenseo, quod potissimum studiis eorum, impetu, partim inconsulta † pertinacia in semet ciuitas saeuierit. Alii fuerunt praeter oratores, qui clam, palam non publico bono, sed aemulatione priuata ciuile incendium sufflarunt. Accessere *Kniphouius*, *Brettinus*: *ille* uir doctus, qui multa pro libertate contra Saxonicos ante scripserat, in hoc dissidio studia Senatus promouit; *hic* plebis tubam. Manifestissimum priuati desiderii argumentum erat, quod nulla foederum sanctitas, non factio stabilis, sed prout

† pag. 287

hinc

Edit. I hinc inde spes auctae, ad alias partes itum est. Ciuium oratores multis in Senatum inuecti, eos, qui aerario praesident, peculatus, aliorum criminum alios accusarunt. *Ciuium grauamina.*

Mitti hinc inde ex paucorum arbitrio legatos, qui nisi quod pecunias erogent, nihil expediant: illos qui nuper Monasterii fuere, quasi in id missi, ingentes pecunias profudisse, nec tamen ab iis Senatum rationes exigere. Vectigalia, & quae necessitatibus reip. penduntur, Senatores uel imperio declinare, uel dolo effugere. Arceri a curia plebem, & cum ex ueteri libertate, ex sanctis Quatuoruiralibus literis tribunitia potestas, non Senatus, sed communitatis uoto collata fuerit, eadem Quaestores suos aerario praefecerit, hac ab electione hodie excludi. Senatus partim sibi falsa imputari, in aliis antiquissimam inuadi auctoritatem contendit: id praesertim, quod in electione Tribunorum plebis communitas uota petat, nouum esse, & reip. moribus refragari. Primas istius potestatis † pag. 288 leges expressas per tumultum, ab aliquot saeculis iam expirasse, † postquam Tribuni a Consulibus & Quatuoruiris eo anno curia defunctis praeponi communitati coeperint. Caesaris Legati indicendis uectigalibus leges dixere, Senatui potestatis modum, & singulis ea officii mandata dederunt, quae publicam utilitatem iuuarent. De electionis iure partium maior pertinacia, quam ut mitigare Legati possent, ideo Caesaris cognitioni remittunt, cui partes interim causae iustitiam probarent, quae res postea nouae commissioni materiam dedit. Interea ne sine Rectoribus ciuitas esset, Legati annuente populo Senatum constituunt. Mixti utriusque factionis socii, ut dissidentes animi facilius conciliarentur. *Silberschlagius* Consuli cum honore pari, & potestate adiunctus. *Hallenhorstius*, & *Geislerus*, quod multa in Domini iniuriam egissent, ipsis etiam Legatis tentassent illudere, Senatu moti. Aliam communitas querelam addidit, agnoscere se aequum, ut commissionis sumptus ciuitas pendat, cuius utilitatem omnis labor respexerit. At meminisse Legatos, quorum dolis per sesqui mensem a negotiis abstenti, sicque protractum tempus, & aucti sumptus fuerint; iniquum fore, nisi morae auctores natum exinde damnum ferant. Iusta communitatis desideria agnoscunt Legati, Senatores illi, qui praesidii militaris potentia nixi commissionem impediuerant, in expensis eo tempore factis † pag 289 remp. subleuarent, † decretum est. Negotio confecto Caesari, quae sint acta, quae decreta, Legati referunt. * Is Imperii legibus conformia iudicauit, & auctoritate Caesarea rata uoluit. *Senatus responsum.* *Legatorum decisum.* *Ius eligendi Quatuoruiros Caesari submissum.* *A Legatis acta Caesar probat.*

* *Anno MDCLII.*

VII Legatorum discessum duo secuta, quae rempublicam concussere: Litem de electione Tribunorum, & Quaestorum plebis indecisam reliquerant, cumque plebs sua uoce istos edicere uellet, praeterea in decernendo Magistratu decem uota praetenderet, curia nullum admitteret, euenit noui Senatus electionem impediri, & continuari per annos, quem Legati dixerant. Prorogatae dignitates inuidiam, aemulationem parere, murmurare ciues, obloqui etiam illi, qui pro curia prius steterant: perpetuari potestates, quas anno popularis libertas defiuerit. Fuere, qui odia ciuium in Moguntinos hinc inflarent: intrusisse in Senatum sua mancipia, trahi occultis artibus horum imperium, ut per eos libertatem opprimerent. Res aliud dixit, quippe ipse is Senatus, mandata, quae a Legatis acceperat, contempsit; Regalia, superioritatem Electoris pluribus modis uiolauit, ac quod alterum erat, decretas preces imperare praeconibus suis neglexit. * Caesar his ut medetur, ab Electore imploratus, per Legatos cognoscit. Consiliarios *Ioannem Philippum Bonnium*, & *Emmericum*, qui nuper aderat, † pag. 290 mittit, † ut & Electori sua iura, & quietem reipublicae restituerent. Aduentant Legati, & diuisam in studia ciuitatem reperiunt; scilicet dispersi communitatis socii quo longius progrediuntur, minus conueniunt. Reuocandos ergo ciuium & curiae impetus censuere, ac quoniam *Vlteriorum dissensionum semina.* *Noua Caesareae commissio.*

contentiosa Tribunorum, ac Senatus electio mala fermentabat, prima ei medela definita. Auditae partes, & interponentibus se Legatis sic transactum est: Triduo ante diem *S. Barbarae* iam olim Tribunorum electioni sacram, Quaternionum, Suburbicorum, Tribuumque Magistros Quatuoruiri conuocarent, successorum electionem indicerent, Magistri ciues colligerent, uota singulorum, quos Tribunos plebis uellent, rogarent, ac chartae fideliter inscripta supremo plebis Tribuno in curia offerrent, is Consules ad electionis solennitates inuitaret, cunctos de fide in rempublicam de eligendis ex iis, quos ciues nominarunt, Tribunis plebis, qui fide, constantia, honestate, opibus ei muneri pares essent, hortaretur, ad haec omnia iureiurando adstringeret. Posthaec assumptis tribus Magistris uota ciuium numeraret, tres, qui plura tulissent, ultimae electioni publice proponeret. Ex his ipsi Quatuoruiri, Consules, Tribules, duobus & quinquaginta uotis pro ueniente anno supremum plebi Tribunum proclamarent: Eadem in Quaestorum plebis electione seruarentur. † Restabat ** de legendo Senatu litigium, quod itidem partium placito compositum est: Consules ac Tribuni electionem Senatus Quaternionibus ac Tribulibus annuntiarent; hi octo personas ex communitate, maioribus & minoribus opificibus ablegarent, qui nomine ciuium actui interessent, si quid aduersus electos haberent, submisse proponerent.

Edit. 1

Super iure eligendi transigitur.

Qualiter Quatuoruiri elegendi?

Qualiter Senatus?

† pag. 291

* *Anno MDCLIV.* ** *Anno MDCLV.*

Moguntinis decretas preces urgent.

VIII His compositis ueterem obedientiam tot ex legibus, tot pactis debitam Moguntini petiere, praesertim preces ex confessione ciuium, ex re iudicata debitas non persolui conquesti sunt. Senatus, ut primum Legati aduenerant, pro felici tractatuum successu preces decreuerat, hoc in obsequii fidem allegat. Moguntini non se petere, nec decretum esse, ut pro negotiis, sed pro Domino oraretur, reponunt; fraudulenter hac in re Senatum uersari Legatis probant; preces eas ex plurimorum testium assertionibus ante motus solitas, & a tota communitate nuper oblatas fuisse. Legati inspectis actis negotium ex testium effatis, & ciuium confessione decisum inueniunt. Proinde ut pro Electore oraretur, denuo imperant.

Legati denuo imperant.

Limprechtus I Quatuoruir elegitur. Cum dignitate aemulos accipit, & plebem ambit.

IX Processit ad electionen Quatuoruirorum communitas, & ad supremum Tribunatum cuectus a laetante plebe *Volcmarus Limprechtus*, antea plebeius Quaestor, & prius scholarum magister. Primum inuidiae incitamentum repentini honores fuere; † omnes in eum intenti, qui iam suspicere debebant antea inferiorem; accesserunt curialium odia, quod plebeius esset? Contra quae ut se muniret, affabilitate, & professo communitatis amore, fauorem plebis ambiit. Cauit etiam, ne solitis Erfordiae moribus inconsulto impetu Moguntinos offenderet.

† pag. 291

Huius in Limprechtum studia.

Istis effecit, ut quamdiu mobilis plebis fauor durauit, aduersariis superior, eousque a ciuibus diligeretur, ut potestatem illi ad quadriennium continuarent, ac *Limprechtum* speciali Numinis beneficio reipublicae datum assererent. At expertus est, quam debili fulcro innitatur, quis-

Senatus ueteribus molimnibus insistit.

quis in plebe nititur. Parum his omnibus respublica adiuta: durarunt inuidiae, litigia, & quod deterrimum erat, priuata odia per damna publica saepius uindictam quaesiuerunt. Decreta Legatorum, pacta ipsorum auctoritate inita, nihili habere, imperatas preces negligere, Moguntinorum odia plebi instillare, nullum pro republica consilium, omnia priuatis libidinibus infecta, ut iam nunc absque uiolento remedio ciuitatem haud sanari posse appareret.

Elector Saxo Erfurtum appellit. Lis de conductu.

X * Elector Saxoniae, *Ioannes Georgius*, Francofurto rediens, ubi Romani orbis Monarcha LEOPOLDVS Imperator Caesar renuntiatus erat, hanc urbem accedit. Ducum Officiales ueterem de conductu litem mouent, solennis pompae ordo ad portas iam accesserat, illi praeire, & ducere † agmen tentant. Vigiles, quibus custodia

† pag. 29

portae

Edit. I portae credita, eam claudunt. Ignarus cauſae Elector ſibi ludibrium intendi opinatus, uertere currus iubet. Aſt cum ab urbicis de re geſta, quodque Saxonici conducendi ius in *aurea Bulla* ciuitati conceſſum eripere uellent, edoceretur, urbem ingreſſus eſt. Haec tormentorum exoneratione applauſit, ciues in armis, & diſtributi ſub ſignis pro Electore uigilarunt. Triduum feſtiuitatibus & epulis inſumtum, poſtea pari cum ſolennitate diſceſſit.

* *Anno MDCLVIII.*

XI * Venit dies mutationi magiſtratuum dictus. Fuerat hucusque continuata *Limprechto* Tribunitia poteſtas, idque gratia plebis factum: eadem hoc anno, ſi decreti Caeſarei ordinem ſpectes, illi debebatur; negabant aemuli poſt continuatos honores, ordinario alias hoc anno regimen deberi, quod non niſi anno quinto a defuncta dignitate redeat; Ille antiquiſſimum morem, & decretum Caeſareum praetendit, quod relabi curiam ad eos uelit, qui ante quatuor annos recte praefuerint: gratiam mediis annis a communitate exhibitam in odium non retorquendam, quod tamen fieret, ſi ordinarii ſui anni poteſtate priuaretur. At mutata iam erant ciuium ſtudia, nec quicquam his profectum, ſed illi Senatores, quos prima Caeſarea Commiſſio antiquauerat, reſtituti ſunt. * *Limprechtus* ad mandata Caeſarea, ad iuſſa Electoris

† pag. 294 prouocat. †Elector (*a*) querelas Caeſari defert: urbis obedientiam binis iam commiſſionibus tentatam ſemper large promitti, uerum diſcedentibus Legatis, uilipendi decreta, iuſſa negligi, & quaſi ex propoſito nihil agi. Iectum nuper e curia *Limprechtum*, ac eo anno excluſum, quo tribunitia poteſtas ex iuſſione Caeſarea debebatur. Preces ad incolumitatem Domini & Moguntinae Sedis toties decretas in diſceptationem trahi, omitti, negari, omnia contrariis moliminibus euerti. Mitteret Caeſar legatos, qui & mandatorum ſuorum maieſtatem, & iura Sedis tuerentur. Senatui cum haec innoteſcerent, ac legatos Caeſaris proteruiae uindices timeret, omni conſilio auertere legationem ſtatuit. Veteri aſtu obedientiam promittit; Ablegati ad hoc Moguntiam, qui promptitudinem Electori exponerent, parceret Eminentiſſimus ſumtibus, urbem ſine iuſſis Caeſareis obſequentem futuram, ubi in transactiones, in decreta peccarit, oſtenderetur. Coeptum Moguntiae de

† pag. 295 poſtulatis agi, cumque Elector ualetudini † conſulturus acidulas in Swalbaco biberet, ibi transactio completa eſt. Legati obedientiae leges urbi referunt, at Senatus non illas, ſed Commiſſionem Caeſaream diuertere intenderat, quo uoto cum ſe potitum crederet, rurſus pro arbitrio agere, iura Domini inuadere, & loco decretarum precum conuicia dicere, Swalbacenſia pacta quaſi ultra mandati limites inita reuocare.

* *Anno MDCLX.*

(*a*) *Priora & ſequentia ex frequentiſſimis actis, editis etiam utrinque tractatibus: uti eſt ex parte urbis*: Indiculus actorum in cauſſa Banni: Gründliche Deduction in puncto precum &c. *ex parte Saxonum*: Iuſtitia protectionis Saxonicae, *eiusque ex parte Moguntina refutatio, ſub tit.* Aſſertio iuris Moguntini; *demum*, Repetita defenſio protectionis Saxonicae, *uberius hauriuntur.*

XII Elector illuſionum impatiens rurſus Caeſarem interpellat: uellet in Erfurtenſium attentata inquirere, ac tandem imperare licentiae fines, quos impune transgredi non auderent. Caeſar Imperator Conſiliario ſuo Baroni *Schmidburgio* negotium demandat. Auguſtano ritui is addictus: non renuit Elector qualemcunque in iuſtitia tam aperta iudicem. Iſte *Limprechtum* in curia reſtituit, tribunitia poteſtate, quam ante quinquennium acceperat, iterum decreta. Quinque Senatorum collegia in quatuor reducit, ne multitudine imperantium respublica turbaretur: Haud aequo affectu haec excepta: Alii Moguntinis artibus imputabant: exerceri dominatum, reformari curiam, eiici alios, hos obtrudi, ea agi, ut intelligat quisque, poteſtates ex fauore Moguntino pendere; Id autem ut libertati, ſic potiſſimum Democratiae nocere,

**MDCLIX. Iterum de magiſtratibus diſcordia.*

Querelae Electoris & nouae commiſſionis petitio.

Senatus Commiſſionem uitare ſtudet.

Transactio initur.

ab urbe infringitur.

Schmidburgius a Caeſare legatur.

Limprechtum reſtituit.

quae non uiolentum, non eminens, solum communitatis † arbitrium ferat. Elector in utilitatem urbis ciuile regimen olim a maioribus suis ordinatum asserit, ideo recte pro maiori eius incremento mutari. Ciuitas rei iudicatae, transactionibus obtemperaret, imperatas saepius preces pro Domino funderet, id esse, quod peteretur; nil contra ueterum institutа, nil in praeiudicium libertatis flagitari. Non preces amplius negatae, sed de formula earum disceptatum est. Multae utrimque propositae, tandem Elector hanc exegit: *Precamur Deum nobis dilectum pro Eminentissimo Electore Moguntino, tanquam Domino nostro clementissimo, & eius Archiepiscopatu; Omnipotentia sua ipsum in statu prospero conseruare, eiusque consilia ita ducere, & regere uelit, ut ea tam ad conseruationem constantis quietis publicae Imperii, quam felicem compositionem eousque exortarum dissensionum, ad nostram, nostrorumque posterorum omnium tranquillitatem & salutem pertingant.* Preces hae Senatui, Curatoribus, Tribulibus propositae; uota *Limprechtus* & supremus Consul rogat; placuit recitandas esse, dum, ne in fraudem reipublicae peterentur, Eminentissimus sponderet; Datis de his promissis, solo uerbo *tanquam* placito utriusque partis omisso; preces istas recitare Ministerio Senatus imperat.

Elit. I † pag. 296

Precet urget Elector.

Formulam proponit.

Ea uerbo solum immutato recipitur.

Incendium.

XIII Subitaneus ignis potissima fori glastarii & parochiae Diui *Bartholomaei*, in huius Diui festo, prostrauit: Erupit ex pistrina, quae minori lanceae adiacet, incertum † inhabitantium incuria, uel incendiarii scelere suppositus: nec enim deerant, qui huius indicia spargerent. In omen instantium mutationum acceptus ab iis, qui ex anteactis temporibus, incendii clade noui quid huic reip. portendi obseruarunt: Frequentes flammae saeculi decimi quarti motus, & illos, in quos ex schismate inter *Dietherum* & *Adolfum* incidit, praecesserunt. Vagabatur ad uenti arbitrium aestus, liberior quod aqua deesset, Gera extra urbem praecluſa, cum eius aluei ex more purgarentur, ac licet post horas aperirentur canales, fluxit tamen initio necessitate tardior, turbida etiam coeno, & sabulo, ut primi redeuntis aquae fluctus solent, eoque siphones, quibus alias altissima etiam flamma superatur, constipati, inutiles facti sunt. Stotternheimianum (*a*) palatium hac clade deustum, a mercatore quondam eius nominis, cuius opes ex glasti commercio ultra hominis captum creuerant, regia magnificentia extructum: Infelix exitus monere priuatos potest, quam temere opulentiam Principum aemulentur, non perpetuantibus mediis, quibus deterioranti omnia tempori occurrant, minus restaurent, quae fatalibus ruinis cadunt. Trecenta aedificia per mediam noctem in cineres deiecta, usque dum illucescente die saeuus ignis domitus est. Tristis euentus erroris imperantes admonuit, † quod sine aquis obnoxiam incendiis urbem reliquissent. Ideo perpessis iam damnis sero, posthac forte utili Senatusconsulto cautum est, ne Gera integra simul a ciuitate diuerteretur, sed ut plures sunt eiusdem aluei, unius post alterius sordes educerentur.

† pag. 297

Incendia Erfordiae ominosa.

Palatium Stotternheimianum.

† pag. 298

(*a*) *Vide infra n.* 25.

XIV Correctos ciuitatis morbos, & Domini querelis satisfactum credebatur. Aſt non legibus, sed earum custodia iuuamur. Superfuerant ex Senatoribus, ciuibus, qui uel rerum nouarum cupidi, uel caeci pertinacia, Senatusconsultum, & communitatis placitum, quibus preces pro Electore decretae, carperent: Rem esse sua sacra non decentem pro Electore Moguntino e pulpitis orare, illo, qui diuersi ritus sectator Lutheranorum orationes profanas habeat, & si religione salua pro Electore orari posset, illo certe sua templa pollui, si pro Archiepiscopatu preces fierent, scilicet in quo tot monachi & moniales comprehendantur. Auide haec a uulgo excepta, cuius simplicitas omnibus aperta fraudibus, quae religione adumbrantur. Imo Ministerium his artibus

Factiosi decretis precibus contradicunt.

Ministerium

Edit. I artibus captum, ut imperatas preces renueret, ipsum adeo negotii momentum suae censurae uindicaret. *Spectare ad officii sui curas, ne quid contra pacem religionis, contra libertatem conscientiae, ipsasque fidei leges ciuitas polliceatur; His autem preces pro Electore praesertim Catholico refragari.* Salua res, si Lutherus intercessiones hominum, † ut Sanctorum antiquasset. Insuper publici consensus fauor detrahendus fuit: *Limprechto* placitum imputatum, qui celeri uotorum exactione in minus frequente Senatu curiam circumuenerit. * His Saxonum Duces accessere, a factiosis male informati, per epistolas & legatos urbem increparunt: *Relatum sibi, in preces pro Electore, & Archiepiscopatu Moguntino Senatum consensisse, recordari se praeterea, quid hac in re successiue sit actum; nil contra pacem religionis indici Erfordiae, nec recipi in istius fraudem potuisse. Ingens ipsius Ministerii, & christianae communitatis praeiudicium rem hanc spectare, quin & aliis scandalo fore, qui ex circumiacentibus terris eas preces audirent, ignominiosas Ducibus, & iuribus urbis inimicas; Nequicquam Moguntinis contestationibus periculum emendari. Hunc desidiae fructum esse, quod spretis sanioribus consiliis potentiam Moguntinam per conniuentiam auxerint. Oratum hactenus pro Christianitatis Proceribus, & sic ipsum Moguntinum Numini commendatum, ut ea formula contentus esse recte potuerit. Sibi potius Saxoniae Ducibus, Thuringiae Landgrauiis, quibus urbs fidelitatis iuramento, protectionis lege, & uinculis aliis obstricta, preces istas deberi. Esse haec talia, quibus conniuere nequeant; quapropter ciuitas praescriptam orandi formulam ne reciperet, aut receptam abrogaret, ad minimum Electorem & Duces Saxoniae Moguntino iungeret.* Hoc erat, quod factiosi praescripserant, qui cum moliri publice nil auderent, Ministerium instigarunt, Ducibus falsa persuaserunt. *Schmidburgius*, † cum prius Legatos Saxonum audisset, obedientiam denuo ciuibus ac Ministerio imperat, & urbe excedit. Fuit is dies tricesimus Ianuarii.

renuit.

† pag. 299

Saxones deportantur.

† pag. 300

* *Anno MDCLXI.*

XV Octiduo post Ministerium, cur decretas preces renueret, uerbosa epistola Senatui perscribit. Ocius haec *Schmidburgio* submissa. Varia Theologorum, & ICtorum Collegia super causae iustitia consulta sunt; unanimiter iustum esse & rectum, ut pro Electore Moguntino oraretur, responderunt; idem Dresdense Consistorium iudicauit. At nihil his moti Erfurtenses, mania religionis & libertatis turbidi. *Non suas orationes nisi in argumentum omnimodae superioritatis Moguntinos intendere, nec pro aliis, quam pro Dominis e cathedra publice preces fieri. Euincere istud Praetoris* Papii *frequentes minas, quas nunquam sine iactantia in opprobrium urbis disseminet. De Erfordia illi, & Electoratus municipio parem sententiam, in aliena seruitute gloriam quaerere.* Erat is *Papius* magnae dexteritatis, ingenii fecundi, in obloquendo audax, in propugnando strenuus, in discursu liberalis; non serenis tantum, sed & rebus turbidis aptus, seu eas sedari postularet utilitas, seu magis confundere: his eximia doctrina, & fides in Dominum accedebat, quibus dotibus feliciter in turbis multa, & in emolumentum Moguntiae peregit, ut pars Electoris prudentiae fuerit, his temporibus eum praefecisse. Haud dissimularunt Moguntini, iure † Principis Electori preces ab urbe deberi, sed ex eo iam minime peti: Scilicet Elector humanitatem, qua subditos de eminenti fastigio respiciebat, in se prouocare intenderat, ut animi ciuium occasione belli & motuum efferi, maleuolorum suggestionibus a Domino alienati, precum assuetudine mitescerent, & ad dilectionem prouocarentur, sicque ab irreuerentia in suum Principem, a turbamentis ministrorum posthac desisterent, ac inter imperantem & subditos sancta nominis consuetudo amorem, fiduciam, haec ad boni communis

Rationes ministerii, contra preces, a Collegiis prudentum reiiciuntur.

Querelae de Papio.

† pag. 301

Cur preces Moguntini urserint.

Limprechtus *in omnium odio.*

nis incrementum concordiam gigneret. Arserunt omnium animi in *Limprechtum*, quem caecae plebi malorum auctorem aduersarii praedicauerant: praeualebant iam illi, quod potentibus apud uulgum nominibus, religione, & libertate, studia plebis in odia concitassent, ideo populi uoce proditionis crimine accusatur *Limprechtus*; aduersus haec molimina ut se muniret, Caesaris protectionem inuocat. Is protegendum suscipit, inimicorum iudiciis eximit, ac ne in ius alio, quam ad Imperialem aulam uocaretur, inhibet, in priuilegii uiolatores seuerissimas poenas statuit. Expertus est *Limprechtus* nil rebellibus sanctum esse: nam hac ipsa protectione seditiosorum furorem in se prouocauit. Auctae aduersariorum calumniae: male actorum conscientia Caesarem imploraſſe, penes quem intercessione † Moguntini impunitatem speret. Ille de innocentia sua pluribus testatus: *Integram sibi in remp. fidem, quam ab initio populus agnouerit, nil de uigilantia sua, nil de amore in patriam remisisse: at perniciosam nubem ire expeditiones suas inuidos exhalare, quominus earum integritas uideatur. Multa sibi imputari, preces maxime, quae tamen Senatus, Curatores, Tribules approbauerint: inseruiisse se Legatis Caesareis, placasse Electorem, huius ministros ambiisse, nullo priuatae, sed publicae utilitatis ductu: daturum euentum, & agnituros nepotes, his consiliis seruari remp. debuisse. Fateri se, non ut crimen, sed facinus pro rep. gestum, quod suscepitas olim, postea decretas preces, cum renui iam amplius non possent, in curia promouerit. Imprudentes cum necessitate luctari, quam euitare nequeunt. Imperare preces Caesarem, Electorem, utroque non in libertatis fore, non in religionis praeiudicium cauente, ac si negentur, pro auctoritate sua pugnaturos, quam Principes etiam cessante causae momento seuerius tueantur. Contrahere uela ad importuniorem aestum nauarcham; rem sibi iam esse cum Electore principatibus & foederibus supra omnes maiores potente: nec uiribus minus timendam eius uirtutem. Prosecuturum coepta, & futurum, ut eum, pro quo iam orare nolunt, adorare debeant.* Surdi ad haec Erfurtenses in protectione Saxonica seditionis impunitatem sperant. Interim *Baro* de *Schmidburg* Caesari, & eius consilio acta legationis retulit, simul excusationes Ministerii, cur imperatas preces recitare nollet, in scriptis porrexit. Lectae illae, & a Consiliariis utriusque religionis † inanes iudicatae sunt. Consilium Aulicum denuo paritionem iniungit: literas addit Caesar, quibus ad obedientiam urbem hortatur. Senatus nihil hisce melior ueteres praetextus allegat, pro Electore preces ut notam superioritatis exigi, quam subire salua libertate nequeant. Inductos hortationibus *Schmidburgii* quosdam, ut in praescriptas preces consenserint, at citra libertatis praeiudicium fore contestatos esse, cui periculo necdum satis consultum. Haec cum multis erga *Papium* grauaminibus Caesari perscripta. Simul datae ad Electorem litterae: nollet dilationem precum, excusationes Caesari factas, contumaciae imputare; talia esse, quae iusiurandum, quo reip. obstricti, extrema etiam necessitas imperet. Nolle Senatum quippiam de iuribus Eminentissimi diminutum, quorum integritas omnibus curae sit; solo eo se contentos, si penes maiorum instituta relinquantur. Nouit Elector ueterem astum, quo uerba dare Erfurtenses, & illa ambigua solent. Epistolam Senatui tanquam absonam remisit.

Edit. I

Eius contestationes de studio in remp.

Schmidburgius *Caesari, quae acta sint refert.*

† pag. 302

Paritio in puncto precum denuo iniungitur; Senatus ueteres excusationes adferente,

& Electori scribente;

qui epistolam remittit.

† pag. 303

XVI *Hallenhorstium* & *Kniphouium* Senatu motos alibi dictum, poenitentia ducti gratiam Domini respexere. Primo *Hallenhorstius* data emendationis fide restitutus est, ut non minus in morigeros clementem, quam in pertinaces seuerum Elector se probaret. Datis ad Senatum † literis *Hallenhorstium* exorasse clementiam suam nuntiat, proinde loco ueteri, dignitatibus, & Consulatui restitutum agnosceret, salarium tempore suspensionis retentatum solueret. *Kniphouius* etiam Electorem placauit, ex cuius intercessione a Caesare restitutus est. Questa

Hallenhorstium & Kniphouium *restituit.*

† pag. 304

olim

Edit. I olim ciuitas, ciues hos, quod libertatem sibi curae habuissent, ab officiis motos, nec tamen iam eorum restitutio tranquille suscepta; scilicet alii desertas ab istis potestates iam occupauerant, unde priuatae utilitatis timor. Praeterea uulgi odiis a seditiosis exponebatur, quidquid a Moguntinis actum: edere exemplum, neminem in curia nisi fauore Moguntino persistere, inuadere Magistratuum ordinandi potestatem, in qua maximum reip. momentum consistat. Illi contra, partem laesam Electorem esse, qui meritam poenam recte condonet, grauari non posse ciuitatem, si restituantur, qui nil in eam peccarint. Consul *Bergerus*, & Syndicus, omni consilio restitutionem istorum & preces impediunt. Elector iterum Caesarem implorat: continuare pertinaciam Erfurtenses, preces ex re iudicata, transactione, rescriptis Caesareis debitas adhuc negari, illudi Imperatoriae Maiestati, despici auctoritatem Sedis, & leges ciuitatis, quae semel concluſa infringi a successoribus nolint, euerti. † pag. 305 Dare Erfurtenses licentiae exemplum, ea agere, quae † iura Electoris inuertant, & ipsam ciuitatem nouis motibus immiscebunt. Dignaretur Caesar declarare, Senatum & pertinaces in minitatam saepius mulctam incidisse, non ex aerario urbis, ne simul innocentes puniantur, sed ex morosorum bonis extorquendam. Paritionem arctiori mandato sub priuilegiorum & libertatum periculo imperare, Baroni *Schmidburgio* executionem committere, ut obedientiam exigat, ciuitatem quieti restituat, turbarum duces Consulem & Syndicum carceribus coerceat, in eorum delicta inquirat, innocentes tueatur, restitutos in curiam introducat, ac super his omnibus suae Maiestati referat.

Ingrata haec restitutio, & cur?

Electoris querelae ad Caesarem.

XVII Senatus ob haec metu perculsus, quod intelligeret, sibi nouam legationem intendi, quae ualentibus remediis negatam Imperatori obedientiam extorqueret, Caesari coloribus pristinis morositatem adumbrat, Saxones de protectione monet, uellent apud Caesarem pro urbe interuenire. Isti querelis persuasi Caesari supplicant: nollet ciuitatem sumtuosis commissionibus ulterius grauare, aperiret processum ad deducenda grauamina, non de pace publica, neque executione eius agi, quod ita in plano decurratur. De sensu decreti in puncto precum, de iustitia receptionis controuerti, an contra ueterem obseruantiam praesertim ab hominibus gratiae & metui obnoxiis promitti potuerint. Ob- † pag. 306 esse † libertati publicae, iura Saxonum infringere, quod sub auctoritate Caesarei nominis Electori Moguntino omnia in urbe liceant. Aduertit Caesar, Erfurtenses stilum traxisse: rem multiplici modo decisam, ex Imperii legibus iudicatam disputari noua lite haud debere respondit. His cum nihil efficeretur, placuit legatione Electorem tentare. Missi a Ducibus Francofurtum, postea Moguntiam, qui his omnino uerbis (*a*) negotium exposuere: *Quoniam ciuitatis is esset situs, ea ab antiquo potentia, is denique genius, ut aduersantibus sibi Principibus (Moguntinum & Saxonicos intelligunt) aut ciuitate utrisque sese opponente, facile iura omnium multis incommodis affligi, imo in perpetuis suspicionibus ea interuenire possint, ut neutri praestetur, quod debeatur, aut urbs in tertii alicuius potestatem cadat; Ea propter consultissimum esse, ut, utrimque examinata, quae liquido alterutri parti competant iura, utriusque communi consilio stabiliantur, & conseruentur: statusque urbis subducta factionum materie, & dempto adminiculo, quod a simultate Principum sibi sumit, eum in modum formetur, in quo perpetuo quiescere, libertate ecclesiastica & politica frui, utrisque debita praestare, aut si id detrectet, facili negotio compesci possit. Hac ratione Archiepiscopatui ius suum in urbe hac, ut ut dissita, & Saxonicis prouinciis circumdata, accedente ipsorum prouinciae Principum uoluntate & potentia e proximo, nunquam esse periclitaturum, suspicionum fomitem extingui: felicitatem urbis, quae non ipsis tantum ciuibus, sed & Principibus utrim-* † pag. 307 *que sui emolumenti † causa cordi esse deberet, consuli: & praecipue*

Molimina Senatus aduersus Moguntinos.

Saxones grauamina Caesari proponunt.

Legatio Saxonica ad Moguntinum.

belli tempore caueri, ne ſpecie obſequii alterutri parti praeſtandi rem utriusque in caſum daret: aut iure illo armorum & praeſidii a longo tempore ſuis auſpiciis exercito abutens, in aliorum peruenirent poteſtatem, unde fieri facillime poſſet, factumque iam antea eſſet, ut neuter Principum aequum ab illis impetraret. Eapropter conuenientiſſimum eſſe, ut Archiepiſcoporum liquida & certa iura agnoſcant Saxoniae Principes: uiciſſim Principum iura aequo animo admittant Archiepiſcopi, utrimque uero ciuitati relinquant, quae a tot ſaeculis certa atque immota poſſederit. Si quae porro ſint, de quibus controuerſia intercedat, uel uocabula mera eſſe, de quibus temperare ſibi pacis cauſa omnes poſſint, uel ſi rem atque utilitatem contineant, mutua opera amice componi debere; eam offerre Saxoniae Principes Archiepiſcopo, eandemque ab illo expectare. At quoniam facilis eſſet ad diſcordias reditus, poſitis utrimque limitibus, intra quos conſiſti deberet, pacto ſingulari porro caueri poſſe, quomodo ſuper extenſione, interpretatione, & executione iſtiusmodi iurium definitorum obortae lites, ſine conuulſione pacis & concordiae componi queant. Teneri quidem Saxoniae Principes ex pactis protectoriis ad tutelam ciuitati praeſtandam, etiam contra ipſum Archiepiſcopum, at ne unquam hac defenſione opus ſit, iam ultro profiteri Principes, conſtitutis & definitis Archiepiſcopi iuribus, ciuitati ea inuadenti nullum a ſe patrocinium expectandum eſſe, quin imo promiſſuros, ipſis potius Archiepiſcopis auxilium ad conſeruanda, quae ipſis competerent, neque ſpernendum eſſe hoc officium, quod alias ad urbem intra alieni territorii fines concluſam uires Electoris inuitis Principibus applicari non poſſint ſine aperto tumultu. Caeſareae † Maieſtatis auctoritate iam ſaepius uſum, multaque impetraſſe, de quibus merito querantur ciuitas & Principes; at tanto ſumtu atque labore ita tamen non compoſuiſſe res ſuas, quin motibus publicis exiſtentibus in diſcrimen uenire poſſint. Compertum eſſe recentibus exemplis, quam nil firmum in fauore uulgi, aut hominum e plebe ad ſummas functiones euectorum collocari debeat. Quanto rectius facturum, ſi cum Principibus optimis, & nil niſi iuſta & aequa poſtulantibus, imo in eius gratiam plura, quam unquam maiores feciſſent, admiſſuris, pacem perpetuo colat, urbique tandem miſero modo uexatae quietem concedat, ex qua utique nulla utilitas ſperari poſſit, ſi per continuas factiones, & perſecutiones, ſumtusque legationum, tandem uiris opibusque exhauriretur. Poſthaec Legati, etiam bello aliis locis, aliisque de cauſis oriente in hac prouincia pacis & concordiae tutelam ſpondent, & ſi nouae naſcerentur ſimultates, ſiue inter Electorem & urbem, ſiue inter illum & Principes, amica interuentione ſopirentur, aut ſi conueniri non poſſet, certis arbitris ex Principum Imperii ordine lis ſubmitteretur, facili & honeſto modo ſaluis legibus & conditionibus iam ſemel poſitis, decidenda. Aegre haec auſcultarunt Moguntini, quibus ſub amicitiae obtentu, ſub uelamine pacis omnem Electoris ſuperioritatem, mandata Caeſarea, decreta exponi, praetendi alienae urbis dominatum, abſtrahi ab obſequiis ſubditos, & Ducum ſubiici arbitrio ſuſpicabantur. Cum autem integrum non eſſet Electori, uel Saxones, uel quempiam in partem regiminis † admittere, breui reſponſo Legati dimiſſi ſunt. *Nihil detractum iri iuribus Saxonicis, ſi quae haberent, ſalua ea, liberos urbis ritus futuros. Ceterum, ut Duces quacunque uia ad rerum urbanarum curam admitterentur, nullo modo fieri poſſe.*

Edit. I

† pag. 308

† pag. 309

Cuius facta propoſitio ingrata Moguntinis.

Moguntinorum reſponſum.

(a) *Vide ſcriptum, cui titulus*: Iuſtitia protectionis Saxonicae in ciuitatem Erfurtenſem, § 60.

XVIII Quae cum omnia minus feliciter ex uotis Erfurtenſium ſuccederent, nec tamen obſequi iuſſis imperantium animus eſſet, de impunitate circumſpexere factionum hactenus ductores. Duo uidebantur, quibus

Edit. I quibus obtegere morositatem possent. Alterum, si ferocienti iam odiis Moguntinis plebi habenas laxarent, in cuius licentiam postea, & impotentem impetum suas culpas coniicerent. Praeterea si specie boni publici plures in societatem sceleris traherent, ac aperto foedere coniuratio firmaretur, ut sic uel multitudine delinquentium impunes, aut coniuratorum uiribus superiores essent. Vtrumque sinistre cessit, & consultoribus pessime; quippe auctoritas magistratuum perdidit, quod licentiae uulgi additum est: Statim multitudo licentius agere, Senatum despicere, implere curiam, bonos, malosque, ipsos etiam consultores fugare, & ea dira moliri, quae uix ulla seditionum aetas uidit. Foedus (*a*) sub titulo pacti concordiae ictum, cum nihil magis quam tumultus spectaret, aut certe repudiandi iussa Caesaris audaciam. Consule & † pag. 310 Syndico negotium urgente † has in leges subscripsere: *Integra Electori iura, Ducibus protectio, sed & urbi libertas esset, ea ne quid detrimenti pateretur, communi ope laboraturos, iniurias, pericula, quae pro republica quis incurret, omnium; silentium consiliorum sanctum, concordia inter Senatum & ciues curae esset. Limprechtus* cum haec in curia agerentur, se domi continuit, seu morbo praepeditus, ut praetendit, seu quod absentia sua consiliorum iniquitatem damnaret, malletque abesse a consiliis, quibus assentiri nefas duceret, quam inutili uoto aliorum in se furorem prouocare. At uel in societatem sceleris trahendus uidebatur *Limprechtus*, aut si renueret, fatali plebis odio implicandus. Mittit ad eum Senatus, qui leges foederis ad subscribendum porrigerent: Ille cum paucis perlustrasset, reperire se ait, quae Caesar, quae Elector in argumentum renitentiae sint accepturi; attamen se maturius deliberaturum, uellet Senatus declinanti iam morbo, & dilatae ob hunc resolutioni paucos dies concedere. Omnia haec cum acri commentatione in uulgus sparsa, & quasi iam immersi coeno inquinari amplius non possent, ulterius in seditionibus uolutantur. Caesar, Elector, cum imperatas preces exigeret, receptionem Consulum urgeret, decretum in Senatu, *Ne quid inconsultis Saxonibus statueretur.*

Factiosi plebem excitant.

Fudere seditionem stabiliunt.

Cuius leges subscribere Limprechtus renuit.

SCtum aduersus Caesarem.

(*a*) *Impressum est sub titulo*, Einigkeits-Recess.

XIX His *Schmidburgius* Baro, & *Goppoldus* Imperialis aulae † pag. 311 Consiliarii in fine anni superueniunt, † ab Augustissimo Caesare legati. * Vocatis Senatoribus mandata Caesarea exponunt. *Ad petita Electoris Moguntini se a Caesare missos, ut decretum paritorium insinuarent, obsequium exigerent, in morosos, Consulem praesertim & Syndicum, inquirerent, obiurgarent, plecterent, ab Electore nominandos restituerent, omnia ex reipublicae bono agerent*; Simul literas a Caesare Senatui scriptas tradunt, ac ad longum anteactorum monent: *Recordari Senatum, quae ab annis quindecim per uarios Legatos acta sint*: *Inter alia* Hallenhorstium *&* Kniphouium *a muneribus suspensos, at eosdem melioris uitae promissa, & fidem Caesari, Electori dedisse, proinde ut a Caesarea Maiestate restitutos in pristinis sedibus locarent. Praeterea grauiter Caesarem tulisse, quod cum ad bonum, ad pacem urbis tot Legatos submiserit, illi etiam ex necessitate reipublicae multa disposuerint, his legibus spretis in factiones ciuitas secesserit. In imperantibus Numen sperni, cuius uice populo praesident. Caesarem tamen clementia iustitiam moderari, malleque lenibus monitis ciuitati consulere, quam uiolento remedio in facinorosos experiri. Hoc fine se adesse, ut saniora consilia Senatui suggerant.* Latae ad curiam Caesaris litterae, ubi cum a Tribuno plebis, cui ex legibus id debetur, apertae fuissent, hunc in sensum perlectae sunt: *Exceptiones urbis, quas contra tot sententias & mandata proposuerit, absonas, & iam saepius reiectas se accepisse. Habere se causam, & postulare Imperii leges, ut & in poenam declararet contumaces, & arctius mandaret, id quod Elector Moguntinus iuste flagitarit;*

Legati Caesaris appellant; Eorum propositio.

Legati retentionem Hallenhorstii & Kniphouii urgent.

Caesaris literae ad Senatum.

Clementia tentare obſequium, quam extorquere poenis † malle, dummodo pertinaciter moroſis idem placeat : eſſent hactenus impuniti † pag. 312
Menſis partioni praefixus. *contemtus, at intra menſem Caeſareis mandatis obedirent, quod niſi facerent, & in poenam iſtis minitatam declarandos, & arctiora mandata accepturos.* Murmura haec ſolum, non tonitrua uidebantur concitatae ad ſeditionem multitudini.

* *Anno* MDCLXIII.

Tribuni a Legatis ciuati. Praefinitus menſis ad finem paene decurrit ; Legati ad ſe quatuor Tribunos, quod communitatem repraeſentarent, uocant, num paritum ſit, aut cur non factae preces, audituri? uerum adoleuerat iam contumacia, nec comparere dignati ſunt ; miſſi tamen a Senatu, qui abſentes
Per alios ſe excuſant. excuſarent : *Leges ciuitatis, transactiones, & nuperum foedus nefas ducere, ſingulos res uniuerſitatis tractare : quales cum Legati proponere uoluerint Tribunis, ſatius habuiſſe per mandatarios ſe excuſare, quam inutili praeſentia grauare Legatos.* Simul dehortatoriae a precibus Saxoniae Ducum, & praedicti leges foederis porrectae.
Legatorum indignatio. Legati in ſe Maieſtatem Caeſaris contemni aegre tulerunt : de contumace abſentia Tribunos rationes & poenas daturos : leges foederis ſub ſanctae concordiae nomine turbas ſpectare, erga Caeſaris mandata ciues unire. Ad commune bonum, ad urbis incolumitatem, ipſo ciuilis ſocietatis uinculo ligatam ſatis rempublicam, quod additur coniurationem eſſe, non niſi licentiam ſpectantem, ciuitati multis modis periculoſam. Manifeſtam ſeditionem in eo prodi, quod preces iniquas appellent, illas, quas ſponte promiſerint, † Caeſar inſuper ex uoluntate partium † pag. 313
decreuerit. Litteras Saxonum ad falſa narrata ſcriptas, uerba dari, in re nihil ſecuturum. Duces melius iam a Caeſare informatos, & ut ut
Eorum hortationes. immiſcere ſe uellent, admitti ad haec negotia nullatenus poſſe. Perpenderet Senatus pericula, quae ab ira Caeſaris imminerent, nec hunc, nec Electorem pertinaciae urbis ceſſurum, mandaturum arctius, ſique & hoc contemnetur, ex Imperii legibus proſcripturum rebelles, uitam, bona, libertates praedae expoſiturum. His, precibus pro optimo Principe, pro pacis & patriae patre mederi poſſe, quas & eſſe pias uiri docti reſponderint, & ſine libertatis, ſine religionis praeiudicio fore Elector cauerit. Siſterent ſe quatuor Tribuni, idque ſciret Senatus, ex mandato Caeſaris non ſolum intra menſem preces dicendas, ſed & eſſe praeſtitas Vindobonae doceri oportere. Senatus certos nominat, qui cum Legatis agerent, ac ne quo minus ſe Tribuni ſiſterent, factum eſſe
Tribuni ſe Legatis ſiſtunt. per eum uideretur, illis ut cum Deputatis compararent, facultas data eſt : audirent Legatorum mentem, ac communitati referrent, ſimul in-
Reſolutio Senatus. dicarent : *Conſules* Hallenhorſtium, *quod opere*, Kniphouium, *quod conſilio Electori reſtitiſſet, ante annos tredecim ab officio ſuſpenſos, uelle Senatum in curiam recipere excluſos ; at quod Moguntino iuſſu debeat, aut ſuffragio, id eſſe, quod auerſetur, & libertatibus urbis officere timeat ; preces fraude & metu extortas † ſeruitutem reſpi-* † pag. 314
Reiicitur a Legatis. *cere. Legati uanum metum praetendi reſpondent, non hiſce inſidias urbi, non libertatibus ſtrui, promiſiſſe Caeſarem, cauiſſe Electorem, ad noua ſe imperia per haec non iturum. Preces omnino recitandas, quarum acceptationi metus falſe opponatur, Legatis in toga, non armis negotium agentibus. Fraudem excludere, quidquid ſigillo urbis, & publico Senatus conuentu probatur, deſiſterent commentis puerilibus illudere Caeſareis mandatis, futurum alias, ut in Erfordia, tanquam in theatro auctoritas Caeſarea exhibeatur, promoturos nemeſin Gallos, & Suecos, & quotquot foederibus Electori ligantur ; Saxones ipſos communi imperantium cauſae non defuturos.*
Erfurtenſes conſultant. Relata haec Senatui, ciuibus, Miniſterio ; id prolixius rationes edit, cur imperatas preces renueret. Senatus conſilium indicit, ubi de Legatorum propoſitis conſultaretur. Comparuere in eo conuentu Legati,
Litterae Su- ac multa priorem in ſenſum perorarunt. Interuenere Ducum litterae, quibus

Edit. I quibus ne quid cum Legatis in praeiudicium prouinciae ageretur, inhibitum; comminationes additae, si non consultis Saxonibus graue quid concludatur. Legati inanitatem uerborum explicant, simul iussa Caesarea edunt, leges foederis concordiae annullant, cautionem Syndico datam repetunt, idque maxime exprobrant, quod ueteres Tribunos, ut in eiusdem sceleris consortio tenerent, tempore alias consueto non dimiserint. Rursus deliberandi spatium Senatus impetrat, *Limprechtum* † pag. 315 criminatur, & super iustitia saepe dicti foederis externos † Iurisconsultos consulit; Illi, quid continua serie actum ignari, fraudem, quae sub inuolucro uerborum latuit, non aduertentes, cum pacem Senatus & ciuium intenderet, nec Deo nec Superioribus inuisum esse responderunt. Caesarem etiam denuo interpellant Erfurtenses, ueteri praetextu moram excusant, iisque uerbis queruntur, quae consilium Aulicum, Legatos, Electorem inuersae iustitiae, syndicatus & inconsultae festinationis arguebant; ac quoniam in Consule renitendi audaciam (illi zelum libertatis appellabant) inuenerant, continuatum ipsius regimen, & nouo Senatui curia intercluſa est.

xenum.

Legati aduersus contumaces procedunt.

Responsum ICtorum super icto a ciuibus foedere.

Erfurtensium ad Caesarem querelae.

Magistratum continuant.

XX Adsunt pariter Saxonum Legati, mediatorum & pacis titulis insigniti, cautelas proponunt, sub quibus non pro causa tantum, sed persona etiam Electoris, quod hactenus negatum, orari posset. Sponderet Senatus preces pro Eminentissimi Electoris persona; recitationem, adusque libertati & religioni melius caueretur, differret; interim de formula ageretur, quam Ministerium recipere, & sine scandalo audire ciues possent. Restitutionem Consularium similiter promitteret. Sub his legibus Senatus obedientiam Legatis pollicetur. Illi frustra precum formulam, temerarie cautionem exigi reponunt, cum hanc Elector iam praestiterit, & Caesar iudicarit idoneam; Preces autem diu placitae, † pag. 316 ante triennium Senatus ac Tribuum † uoluntate, certis uerborum solennitatibus comprehensae fuerint. Proinde fucus obedientiae reiectus: *Frustra conditiones rei iudicatae apponi, augere diffidentiam crimen, pareret sine scrupulo Caesari, prouisuro ne quid ex suis mandatis periculi eueniat.* Ciuitas restitutionem *Kniphouii* agnoscit, de reliquo Caesari & Electori se excusationes propositurum. Legati prorogationes tantum his intendi aduertunt, multis obsequia commendant, ac cum illa pertinaciae inhaereret, alter Legatorum *Goppoldus* assumto in comitem *Papio* iter Viennam ingreditur, hactenus gesta Caesari relaturus. *Schmidburgius*, qui remansit, euentus & pericula uberius ostendit: Extrema esse, quae immineant, nec alia mereri atrocitatem mali, quod sacratissimo Caesari obluctatur. Saxones cum istis nihil efficerent, atque melius informarentur a Legatis, nonnihil, praesertim illud remittunt, quod secuta prius cautione orari oporteret: *Oraret modo ciuitas, cauturos se, Moguntinum acta hactenus, nec in religionis, nec libertatis detrimenta uersurum, contra si fieret, ex foederum & pactorum necessitate urbem se protecturos.* Senatus haec ciuibus proponit, qui licentiae, quam ad sustinendam curiae moram acceperant, assueti, initio cunctantur: Tandem concepta precum formula, sed differens ab ea, quae ante triennium placuerat: Scilicet & Saxones inseruerant: ueteri astu, quo Moguntiam & illos aemulationibus implicare soliti, † pag. 317 † ut alterius fauorem ad iniuriam alterius praesto haberent. Sed aliis haec coloribus adumbrabantur: *Oportuisse mutari preces, ut salua religio esset, cuius libertas quauis orare formula permitteret*; praeterea medium uidebatur inuentum, ne Moguntinis preces in argumentum superioritatis seruirent, cum & pro externis oraretur. Archiepiscopatum etiam expunxerant: eo enim respicere uisa, quae inepto scrupulo de scandalo uulgabantur. Electorem absque usitato alias *Clementissimi Domini* titulo nominauerant. Sic in festo Paschatis oratum, testes & Notarii adhibiti, qui obedientiam docerent. Vix haec *Schmidburgius* resciit, Senatui, Ministerio, *ne precum isto nouo commento Caesari illuderetur,*

Saxonum Legati interueniunt, quorum consilium reiectum.

Kniphouius recipitur.

Goppoldus gesta Caesari defert.

Schmidburgii monita.

Saxones in puncto precum leniores.

Formulae precum inseruntur.

Archiepiscopatus omittitur.

Noua formula publice recitatur, quam Schmidburgii

gius inhibet. retur, inhibuit, *arbitrium, qui pararetur, contumaciam in ſubdito* Edit. I
eſſe. Nil hiſce profectum, ſed preces in templis continuatae ſunt. Re-

Goppoldus noua mandata adfert. uerſus poſthaec *Goppoldus* denuo mandata attulit: *Conſules reſtituerent, intra triduum preces ante triennium promiſſas absque augmento, aut imminutione recitarent, leges foederis concordiae, & cautionem Syndico praeſtitam ad caſſandum Legatis traderent.* Eidem

Literae Caeſaris ad Saxones. legato Caeſar ad Saxoniae Duces literas dederat: *Iudicaſſe Caeſarem, ut ex inſtrumento pacis, decretis Commiſſariorum, & partium transactionibus debuerit, reſtitutionem Conſulum ab ipſo Senatu olim petitam, iniuſte, nec niſi ex inuidia recuſari. Conteſtationes ulterius, & priusquam parerent, inique exigi. Profeſſum iterate Electorem, mandata hactenus & petita, nec* † *ciuitati, nec Principibus Saxonicis fraudi aut damno, ſiue in eccleſiaſticis, ſiue politicis futura, idem Caeſarem profiteri. Dudum poenam contumaces meruiſſe, uelint Principes ad parendum ciuitatem hortari, nec impedire executionem, qua compeſcere immorigeros decreuerit. In gratiam Ducum eam dilationem adhuc datam, ut reſipiſcere ualeant.* Senatus quas † pag. 318

Praetextus Senatus pro noua formula. curas obedientiae debuiſſet, fingendis excuſationibus impendit: *Preces uberius praeſtari, quam prima Caeſarea commiſſio decreuerit, inclusionem Saxonum non praeiudicare; e re autem urbis eſſe, ut eorum conſiliis proſperitatem Numen tribuat, quibuscum ob uicinitatem communes caſus & pericula imminent. Quod clementiſſimum Dominum haud compellarint, non contemtim, ſed ideo factum, quia longis praedicatis Numini hominis commendare non conueniat. Archiepiſcopatum omiſiſſe, quod de includendo eo Caeſareum mandatum nihil praecipiat. Leges concordiae & cautiones iis praeſtitas, qui contemtis periculis libertati aſſiſtunt, nullius iniuriam reſpicere, nec iis ſalua fide, & republ. renunciari poſſe.* Proinde nihil ex iſtis, quae *Goppoldus* attulerat factum, potius uirulento ſtilo impugnata ſunt. Ne

Eiusdem cunctationes. tamen pertinaciam nudarent, dilationem ad aliquot ſeptimanas petunt, quibus referre Saxonibus, & recipere conſilia poſſent. Negarunt Legati conniuere amplius iis, qui datas ſpes toties fefellerint. Senatus aliis in circumſtantiis negotium eſſe reponit, quod precibus pro Eminentiſſimi perſona decretis, litigii principalis momentum ceſſet; nouam iam quae- † pag. 319
ſtionem eſſe, num ſufficienter † paruerint? quam Auguſtiſſimo Caeſari ſubmitterent, qui priusquam cognoſceret, non oportere Legatos feſtinata executione ciuitatem obruere. Illi uerba noua poni, rem diu iudicatam, reſpondent, exceptiones reiiciunt, ac conuocato frequenti Senatu in curiam ueniunt, num preces ex Caeſaris praeſcripto recitatae ſint? interrogant. Obmutuit Senatus, niſi quod pauca ex ſolitis exceptionibus allegaret.

Publicatur ſententia in poenam declaratoria. XXI Legati Caeſaream ſententiam contumacibus publicant. Ea Senatus, quod in puncto precum, Electorem Moguntinum, Succeſſores & Archiepiſcopatum concernente, mandatis Caeſareis non paruerit, in minitatam olim poenam, ſcilicet quinquaginta auri puri marcas condemnatur, exceptiones reiiciuntur. Addunt Legati explicationem (uidebant enim de ſenſu diſputari) mulctam non ex aerario reipublicae, ſed ex marſupiis ſingulorum, qui pertinacia ſua uindictam prouocarint, ſoluendam eſſe. Repetita legum concordiae, & cautionis exactio, utque collegium Senatorium, cuius imperium diu expirarit, nouo cederet. Imperata haec ſub pari mulcta, & Caeſareae Maieſtatis auctoritas commendata eſt. Ni-

Ferociores Erfurtenſes. hil hisce pertinacia Erfurtenſium mota, quibus iubere irritare erat. Aperte conuicia in *Limprechtum*, & alios dicta, quos negotii auctores praedica- † pag. 320
bant: de bonis eorum, de † capitibus damni reparationem rempubl. pe-

Saxones altius rei momenta perpendunt. tituram. Legati ſeueriſſimis poenis, ne cui uis inferretur, inhibent. Saxones uicino incendio excitati, perpendere momenta rei, & indagare euentus maiore cura incipiunt, cumque a partibus urbis non niſi turbas, concitatam plebem, priuatis commodis diſtractos regentes, & qui ſepoſito reipublicae bono miſeram multitudinem, ne utilitates ſuas, aut urbis uide-

ret,

Edit. I ret, dementarunt, inuenirent, ab altera iussa Caesaris, transactiones, sententias, & gratiosissima Electoris promissa deprehenderent, ac ea controuerterentur, quae in apertissimis Imperii legibus decisa sunt, magno conamine obedientiam suadent. Datae hanc in rem ad Senatum literae: *Promisisse Caesarem, pollicitum Electorem, nec preces, nec restitutionem Consularium praeiudicio fore; deberi igitur humillimam Caesari obedientiam, & orari secundum formulam ante triennium placitam, restitui Consules, euacuari curiam nouo Senatui oportere, non aliud superesse medium, quo placari Caesar queat.* Territi his ii, qui sub tutela Saxonum perpetuare dictaturam, & ex rebus turbidis captare lucra sperauerant. Serius uisum est, post tot scelera poenitere, nec malorum atrocitas impunitatis & gratiae spem admittebat, meritae poenae iam oberrabant, a maleactorum conscientia praesentatae. Communi desperantium facinore, irato furore, & quasi in ultionem sui profundius se

† pag. 321 praecipitant. Saxonum hortamenta † negligere, precum formulam mutare, *Limprechti* commentum dicere, eum propterea in curiam uocare, datam fidem publicam de non retentando frangere, Caesaream protectionem contemnere, coniicere in carcerem, & ea peragere, quae barbarae gentes ut nefanda horrent.

Per literas urbem ad obedientiam hortantur.

Seditiosi in desperationem acti.

Limprechtum *capiunt.*

XXII Saeuiisset in Legatos furor, quippe iam domum obsederant, nisi capto postea *Limprechto* fuissent distracti. Nihil amplius sanctum, omnia pertinaci licentiae subiacebant. Legati, periculis ut se subducerent, de discessu deliberant: deficiebat Caesaris licentia, nec tamen amor salutis moram patiebatur. Visum praesentibus periculis & ui maiori cedere, etiam sine mandato se posse; ideo clam urbe excedunt, & Arnstadii, oppido tribus horis dissito subsistunt; alter eorum *Göppoldus* ad Electorem, discessus causas relaturus pergit. Arnstadio seueriſſimis literis Senatui facinora obiiciunt: *Indignam rem esse, & in Imperio Romano inauditam, quod sub Caesaris protectione constitutus ad priuatorum iudicia trahatur, praesertim in causa ab ipso Caesare, & iudicio Aulico probata: quantum scelus sit, datam fidem, & saluum conductum, quem Senatus dedit, etiam hosti seruandum, in ciue profanare?* Simul dimissionem *Limprechti* petunt, & ne coepta contra eum in puncto precum inquisitio continuetur, sub poena quinquaginta marcarum

† pag. 322 auri puri, indignationis Caesareae, amissionis † priuilegiorum inhibent: Acta contra *Limprechtum* & agenda cassant, annullant. Senatus his respondet: *Legatos a Maiestate Caesarea de persona* Limprechti *nulla mandata habere; nec enim ea sibi ostensa, nec desuper his paucis diebus mitti potuisse; Inquisitionem contra* Limprechtum *ad ciuium desideria, non in Caesaris iniuriam coeptam; proinde in ipsius protectorium non peccare, sed ex reip. legibus in facinorosos competere. Recitationem precum, ut ut Senatus uellet, impossibilem obtentu esse, quod ciues reclament, Commissiones, summarios processus fastidiant, nec nisi plene discussis, & recte iudicatis submittere se uelint. Cum igitur Legati uim sibi & publicae paci faciant, cuius legibus aeque ac ciuitates aliae gaudere Erfordia debeat, a nupero eorum decreto ad Caesarem se appellare, cui actorum iustitiam ostendere parati sint.* Auctus indies plebis furor: crescente ad mortem periculo, Electoralis Praetor, *Petrus Christianus Papius*, abitum parat, ac praemissis per aliam portam equis, ipse per alteram pedes secutus. Cum in aula appelleret, aliter & aliter, prout fauor in illum uel aemulatio, susceptum: *Fuisse* Papium *extra pericula ferocem, nunc ubi motus in Electoratus commoda dirigi oporteat, fugere: Verba esse, quibus minantur Erfurtenses, animosiores hoc abitu redditi; ac ut ut pericula subfuissent, Ministrum Principi ad mortem obligatum, sique in caput Praetoris quid ausi rebelles, certe uindicem temeritatis Electorem habituros.* Ille contra: *Periculi atrocitatem euentus daturos, crederent sibi de* Limprechto *actum, nec uiuum plebis furorem euasurum; atro-*

† pag. 323 *ciora in* Papium *iam decreta, ministrum se* † *Domini esse ad fidelitatem,*

Legati furori se subducunt.

Eorum literae ad Senatum.

Dimissionem Limprechti *petunt.*

Senatus responsum.

Ad Caesarem appellant.

Papius *abitu sibi consulit, quod male a quibusdam acceptum.*

Papii *defensio.*

tem, quam exacte praestiterit, non ad mortem obligatum: Ad tympana scribi, qui uitam uendunt. Vt ut uindicaturus fuisset ereptam a rebellibus uitam Elector, & mille plexis poenam sumturus, nullius tamen caput trunco Papii *coalituram.* Edit. I

Legati Mulhusium tendunt.

Legati abitum Caesari additis causis nuntiant. Is Mülhusium assignat, quo tendere, & absoluere negotium debeant. Senatus quo partem culparum in communitatem conferret, Tribules & plebem, ut publico scripto, cur dicere praescriptas preces non possent, promulgaret, clam incitat. Isti mense Iulio literis ad Senatum inscriptis, multis allegant, se nec precibus unquam adstipulatos, nec posthac adstipulari uelle, aut debere, conscientiis, religioni, libertati aduersis. Mülhusii per Moguntinos contumacia Erfurtensium accusatur: *Crescere cum tempore malitiam, nec aliud operari dilationes, quam ut ad contemnendum Caesarem, ad aggrauanda facinora tempus acquirant, edocere id Limprechtinum raptum, & attentatam inquisitionem, quam cum tanto Romani orbis scandalo prosequantur.*

Scriptum plebis contra precum formulam.

Moguntini contumaciam Erfurtensium accusant.

Caesar sub poena banni obedientiam mandat.

XXIII Caesar mali rem exempli inualescere mora uidens, sub poena proscriptionis, amissionis priuilegiorum & iurium Senatui, Tribulibus, & toti communitati, mandatis prioribus in puncto precum intra octiduum parerent, *Limprechtum* dimitterent, nouum senatum introducerent, imperatas saepius editiones perficerent, diserte iniungit, praesentibus euentualiter in poenam declarat. Assueti iam mandatis † Erfurtenses nullo amplius timore perculsi sunt, ac quasi post transactiones, post res toties iudicatas, cum non de iure amplius, sed executione iudicati quaeritur, prouocare liceret, reuisionis beneficium, & supplicationis arripere conantur, Notarium, qui mandatum insinuauerat, conuiciis proscindunt, uerberibus excipiunt. Senatus, quod preces concernit, pariturum se declarat, dummodo per uiolentiam plebis liceat; hanc contestationem Legatis loco paritionis transmittit. Illi fraudem deprehendunt, qua Senatus communitati preces tam remissis persuasionibus proponebat, ut ostenderet, se uinci uelle, praeterea nil eum excusare ferociam plebis, quam ad tegendas imperantium culpas sufflauerit. Ac certe furor plebis adeo iam praeualuerat, ut ne deprauatam quidem precum formulam, cui Saxones incluserant, interpunxerant alia, posset obtinere, hanc licet serio tandem introducere Senatus conaretur. *Bergerus* Consul, & Syndicus, intromittere in urbem ruricolas, supprimere insolentiores, ac perditum errore dominatum recuperare statuunt. Egressi clam in agrum, tota nocte rusticos colligunt, armis onerant, ac de proposito edocent: *Ad portam Krempferianam uallum assilirent, machinas curules in urbem uerterent, curiam occuparent, omnemque in compescendis seditiosis operam praeberent.* Lecti ultra mille armati †, sed cunctantes longius dies praeuenit, † cumque uallo appropinquarent, multitudine suspecti, machinarum explosione uigiles hostilia indicarunt. Concurrere ad ualla ciues, & ostentatione armorum a coeptis inuasores absterruere. Statim ab inuicem agniti, ruricolis innocenti simplicitate excusatis, in solos ductores indignatio concepta, qui se fuga cum surriperent, in domum ac hortos *Bergeri* plebs iram effudit. Lapso octiduo Moguntini, sat illusum Caesari demonstrant. Decerneretur merita poena in contumaces, quos nulla Caesarea mandata, non amicae dehortationes a sceleribus retinerent.

† pag. 324

Erfurtenses reuisionis beneficium arripere conantur.

Bergerus capere urbem nititur.

† pag. 325

Terminus paritionis labitur.

† *Anonymus* lib. I cap. XIII § III & seq. Gudenus *audet referre, ultra mille lectos: quod tamen hoc minus credibile est, quo magis* Bergerus *ipse in quadam epistolarum suarum dicit, illorum ne quidem CCCC fuisse.*

Aduertebat Augustissimus CAESAR non auctoritati suae, non iustitiae consuli aliter posse, quam si ad uerba surdi, reali animaduersione monerentur. Ideo Caduceatorem Legatis, & sententiam proscriptionis transmiserat, quam, si mandata ulterius contemneret ciuitas, publicarent. Illi cum multis iam mensibus spontaneam obedientiam frustra prouocassent, fluxo etiam postremo hoc termino Caduceatorem expediuere:

Caduceator

Tende-

Edit. I *Tenderet Erfordiam, Senatui, ciuibus proſcriptionis ſententiam publicaret.* Ille (*a*) aſſumpto caduceo, & baluaria, Notario publico, quinque tubicinibus, & equitibus duobus iter ingreditur. Praemiſſo altero Senatui aduentum nuntiat: *Venire Maieſtatis Caeſareae Caduceatorem,* † pag. 326 *adferre* † *mandata, quae publicare debeat, uellet Senatus Caeſaris nuntium admittere.* Praemiſſus eques in urbe retentus non rediit. Hac pompa octauo menſis Octobris Caduceator uenit, cum urbi appropinquaret, inſonare tubas imperat. Quadraginta paſſibus a porta excubiae occurrunt, & ſiſtere gradum iubent, ſimul armatorum corona cingunt, quod uenientis eſſet negotium? interrogant. Ille praemiſiſſe ſe equitem, ait, qui Senatui expeditionem nuntiaret, huius ſe relationem expectaturum; at cum mora diuturnior uideretur, an non inter uigiles eſſet, qui Senatui indicare aduentum uellet? interrogat. Illi, cui dici oporteat, reponunt, non eſſe ſibi Conſulem, non Senatum, hunc curia pulſum, illum inuaſae ciuitatis reum profugiſſe, ſemetipſos iam urbi dominari; Attamen deliberari de admiſſione, modicum adhuc reſponſum expectaret. Tribus horis continuata mora, interim multa hominum millia ſexus omnis & aetatis confluxere, Caduceatorem & euentum rei ſpectaturi. Superueniunt Senatores, ad decem paſſus e porta egreſſos Caduceator accedit: *Ablegatum ſe ab Imperatoria Maieſtate,* ait, *eiusdem Heroldum, mandata Caeſarea adferre, quae toti ciuitati publicare debeat, hoc fine intromitti in urbem ſe uelle.* Illi mandata Caeſaris exhiberi, utque oſtendere congregatis in curia Tribunis liceret, cupiunt. Defert Caduceator petitis, ſententiam proſcriptionis exhibet, ſimul in curiam ferre † pag. 327 concedit. † Senatores licentia uſi poſt horam, quae acceperant Decreta, referunt. Simul iniquitatem rei, feſtinationem in re ardua deducunt: *Poſtulare momentum cauſae, ut Caeſar ante promulgationem mandatorum informetur, uellet Caduceator interim in urbe ſubſiſtere, de hoſpitio, uictu, imo & morae honorario Senatum prouiſurum.* Caduceator de propenſa uoluntate gratias agit, reliqua penes ſe cum non ſtarent, excuſatum haberent. In eo etiam ſcrupulus, quod Caeſar mandata non ſubſcripſerat: Ille ſtilum curiae praetendit. Demum Senatus triduum dilationem petit. Caduceator, ſe executionis miniſtrum, non iudicem eſſe reſpondet, qui prorogare iuſtitiam poſſit. Ad haec Senatores poſtulatae reuiſionis inſtrumentum porrigunt, acceptat is, ſed & intromitti ſe in urbem petit; quod cum negaretur, legere commiſſa ſibi mandata publice incipit: quod ut impedirent Curiales, *Videret*, aiunt, *ne furorem plebis incenderet, cui imperare Senatus nequeat; pericula ab hac re uitae & capitis pendere.* Auidis auribus haec uix hauſerant adſtantes, & arma erigunt, equites inuadunt, ex equis deiiciunt, uerberant, mandatorum copias adimunt. Senatores quantis ualent paſſibus urbem repetunt. Illis proſtratis, ipſum Caduceatorem aggrediuntur, & quod in hoſtilibus terris nefas, ſanctum barbaris etiam gentibus Legationis ius ante moenia proculcant, de equo Caduceatorem praecipitant, tundunt, † pag. 328 uulnerant, trahunt. † Actum fuiſſet de uita hominis, niſi Tribunus militum perrupta turba furentium manibus ſubduxiſſet. Notarium Caeſareum eadem crudelitate tractant, tubicines arrepta fuga ſe periculo ſubducunt. Poſthaec iterum turbae incingunt, *anne Caduceator Caeſareus eſſet, quamdiu abeſſet Vienna, quid Herbipoli, quid Mülhuſii egiſſet?* cum multis tentationibus quaerunt. Alius mortuum eſſe Caeſarem clamauit, qui ergo Caduceatorem mitteret? Veſtem baluariam alii togam muliebrem, alii Sacrificuli dixere, & contumeliae ſimiles ad audaciae augmentum iactatae, fidem tamen apud plebem inuenerunt. Deliberatum poſthaec, quid tandem homine agerent? plurimi nece abrumpendam tragoediam cenſuere. Saniores ut certo periculo eximerent, ad ſclopetariorum domum, quae extra portam *S. Ioannis* ſtetit, ducendum eſſe uulgo perſuadent, quo rite examinari poſſet. Gera interfluit, cuius utraque ripa longiſſimis aliquot tignis nectitur, hac transeundum erat. Hactenus ipſa turba tutus, quod ei incinctus laedi ſine periculo aliorum non poſſet.

cum ſententia hanni.
Eius apparatus & aduentus.
Senatores ad eum egrediuntur.
Caduceatoris propoſitio, & reſponſa Senatus.
Plebs in Caduceatorem animata,
miſere eum excipit,
Maieſtatem Caeſaris, & gentium iura uiolat.
Ad portam S. Ioannis deducitur.

posset. At ubi ponticuli tenuitas extenuaret turbam, omnium crudelitati expositus est. Alii praecipitandum in aquas clamarunt, fuit qui ter sclopetum fixerit, indubie globo traiecturus, ni toties ab aliis praeditus fuisset. Ad dictam casam deductum Senatores accedunt, multa de iniquitate processus queruntur, conuicia in Baronem *Schmidburgium*, † in Praetorem *Papium*, ac *Limprechtum* magnis cum affectibus dicunt, † pag. 329 iniurias excusant, in praeualentem plebem coniiciunt, uellet Caduceator haec Caesari referre. Ille ut furentes placaret, liberaliter omnia promisit. Caesarem clementiam rigori praelaturum, propensum gratiosissime iis, qui emendationem spondent; submitterent se, ac parerent imperatis, de reliquo rem saluam fore. Cum ulterius urgeretur, & crescret periculum, plebem conuiciis in *Schmidburgium* demulcet, quae ante eidem imputari audiuerat, pluribus confirmat: dubitanti de sinceritate plebi propriae manus subscriptione fidem testatur. His furorem sedauit. Biduo inter haec mortis pericula retentatus, decimo Octobris, priusquam portae aperirentur, iterum dimissus est, reuersus ad suos iniurias, uiolentias, concussiones, laesa diuina humanaque iura Caesari, Electori, Legatis refert. Edit. I

Querelae Erfurtensium ad Caduceatorem.

Post bidui detentionem dimittitur.

(a) *Sequentia fusius adhuc in ipsa* Caduceatoris relatione *typis euulgata legi possunt.*

XXIV Profanatae Maiestatis crimen totum Imperium ad indignationem commouit, Caesarem praecipue, qui Electori Moguntino, militem colligeret, adigeret proscriptos ad imperata, poenas de facinorosis sumeret, commisit. Elector priusquam extrema tentaret, leuibus armis solicitare pertinaces constituit. Copias misit in Eichsfeldiam, quae per excursiones proscriptos infestarent, si forte his corrigi mallent, quam extrema experiri. Vetuit autem, ne † in pagis praedae, ne uis ruricolis fieret, † pag. 330 non illi, sed urbici peccassent. Lecti e rusticis Eichsfeldiae armati, qui copias augerent. Praemissus cum centuriis aliquot uigiliarum Praefectus de *Westernhagen*, & equitum Magister *Biermannus*, cui *Sommerfeldius* Vargulam dedidit, in securitatem crediti a ciuitate acceptam. Istinc *Gispersiebium* perrexit, ubi ciues duos aedificantes horreum (fabri lignarii fuerant,) cepit; quos cum per integram noctem crudeliter habuisset, fumigasset ad ignem, subussisset, die altero in edito colle, in quem prospectus ex urbe datur, e curru utrumque suspendit, ea per agrum hinc inde egit, quae & acceptis mandatis contraria, & generosus miles auersatur. His in urbe excitati, arma corripiunt. Sine ordine, sine imperio congregati trecenti, ii qui sub *Schlensteinio* ductore maxime factiosi, nec Senatum amplius respiciebant, assumptis duobus tormentis bellicis in agrum progrediuntur. Nondum se inuicem hostes uiderant, & utrimque timor, ut suam quisque patriam respiceret. *Biermannus* praecipue in inermes antea generosus, ut primum uenire Erfurtenses audiit, Vargulam uersus fugit. Auctus iterum erumpentium animus, qui fugientes sed lentius persecuti, ne assequerentur. Sic omnes uulneribus intacti praelio excessere. Vargulae Colonellus Electoralis *Wamboldus* cum reliquis copiis *Biermanno* occurrit, † cui hic ut fugam excusaret, Erfurtensium multa millia † pag. 331 erupisse, Saxoniae Ducem *Ernestum* in armis esse, integros exercitus instare, uniuersam Thuringiam insurgere, & alia mentitus, quibus inertiam suam tegeret. *Wamboldus* uera sibi referri timens, quodque copiae ex lectis potissimum rusticis constarent, qui & pugnae non assueti, & orphanos ac uiduas relinquerent, graues reipublicae, & ciulatibus omnia inquietantes, reducere copias in Eichsfeldiam maluit, quam incerto periculo obiicere. Accessit infortunium, puluis nitratus ignem concepit, disiecit machinas, & proximos quosuis adussit, laesit, necauit. Auxerunt fugitiuorum mendacia timorem, ut in reditu sat contineri copiae nequiuerint. Fracto ordine manipulatim in Eichsfeldiam rediere, quae ipsa pauore incensa; positae hinc inde excubiae, alii colligatis sarcinis iam fugam meditabantur. Mittebat prouinciae Praeses *Baro* de *Bicken Christophorum Iodoci* Electoralem Consiliarium, ad Ducem *Ernestum*, ut, cur in Moguntinos arma imperasset? interrogaret. Ille per Cancellarium

Laesae Mai. uindictam Moguntino Caesar mandat.

Copias militares Elector colligit.

Ad infestandam Erfordiam progrediuntur.

Vargulam deditione capiunt.

Biermanni saeuitia.

Vrbici erumpunt.

Varus utrimque timor.

Praelium incruentum.

Fugitiui omnia metu replent.

Secken-

Edit. I *Seckendorfium* nulla se arma mouisse respondit, suspensorum manes fuisse, qui fugitiuos presserint. Indignissime *Biermanni* scelera Elector tulit, addiditque iracundiam, quod infami desertione cinguli poenam effugisset. Vigiliarum Praefectus culpam in fugitiuum coniecit, quod † contra inhibitiones ista crudelitatis facinora peregisset. Suspensorum uiduis, quoad uiuerent, ex reditibus suis Elector alimenta decreuit, copiis militaribus citra ulterius mandatum Erfurtenses infestare inhibuit, ne causa quam aduersarii foedis excessibus corruperant, iniuriarum compensatione emendaretur. Vrbici qui eruperant, in reditu currum cum pendentibus ex eo ciuibus in urbem uehunt: atrox spectaculum, & quod incitatam iam plebem ulterius furiabat. Sistitur in foro currus, in turmas seditiosi coeunt, optimates quaerunt, spoliant, captiuos e curia *Limprechtum*, & *Hallenhorstium* (nam & hunc nuper in carcerem coniecerant,) educunt, cadauera adhuc suspensa ostendunt, mali incentores ipsos arguunt, prosternunt, conculcant, sudibus atrociter caedunt, nec prius satiata crudelitas, quam humi iacere exanimes uiderentur. Fuit qui laqueum in *Hallenhorstii* collum ad par supplicium coniicere tentauit. Interim aliae duae turmae, altera ad *Ioannis Danielis Gudeni* Electoralis Sigilliferi, altera ad *Kniphouii* domum festinauit, quasi talionis poena supplicium ab his sumptura. Ille turrim Mariani templi ascenderat, inde pericula aliorum uisurus, proprium euasit: domus autem spoliata, direpta supellex, uina quae non biberant, effusa sunt. *Kniphouius* domi inuentus ad forum duci debebat; ast non potuit expectare moram † furor; uix domo eductus globo per caput traiecto interiit. Delumbati in foro ad pristinos carceres deportati sunt, quibus in praesenti periculo id potissimum uitam seruauit, quod atrocioribus suppliciis uox publica iam destinauerat. Inter haec facinora literae Clero praescribuntur, in quibus multis excusata urbs: quae milites in campis egerant, atrocibus uerbis allegata: Has approbare sigillo, & mittere Electori cogebatur. Facile Aula collegit furentium minis expressas.

Electoris indignationem euadit Biermannus.

† pag. 332

Peremptorum uiduis alimenta decernit Elector.

Suspensorum cadaueribus in urbem deuectis, in furorem ciues acti.

In Limprechtum & Hallenhorstium *saeuiunt;*

Reprendere supplicia uolunt;

† pag. 333

Kniphouius *interfectus.*

Clerus ad excusandam urbem cogitur.

XXV Posthaec *Limprechti* inquisitio accelerata est, potissimum id quaesitum: Annon preces inconsultis ciuibus promisisset? plusquam ciuilia agitasset? superioritatem Moguntinam, & urbis calamitates promouisset? Aerarium publicum expilasset? Eius facultates pro arbitrio distribuisset? Ille negat, ad acta publica prouocat, uiolentiam, iniquitates inquirentibus obiicit, protectorium Caesaris allegat. Frustra iis excusationes propositae, qui hoc unicum timebant, ne innocentia susciperet defensionem rei. Productis quibusdam ex seditiosis testibus, & interrogationibus captiose positis, tormentis a carnifice subiectus est. Quaestioni capitales ipsius hostes, hortulani, sartores, scurrae cum scriba praefecti, qui omnes nulla ueritatis, sed uindictae cupidine incensi, miserum hominem conuiciis, minis, praeter tormenta afflixerunt. Nec ipsa quaestio † pag. 334 suo fine † constitit, in augmentum poenae uel ultionis intentata. Attamen pertulit constanter, nec crimen expressum, nisi quod uel peruersa interpretatione, uel calumnia torquentium imputatum est. Facta in frequente Senatu relatione, de capite *Limprechti* consultatur. Fecit inimicorum potentia, ut apertis uotis absoluere nemo auderet, quippe & turma seditiosorum in senaculum irrupit, ui, an consilio illorum, qui collegarum uota aduersus *Limprechtum* cogere intenderant. Innocentiae accusati, & integritati suae qui consulere uolebant, cum ipsimet absoluere non auderent, Collegium Iurisperitorum desuper consulendum dixere. Syndicum urbis seniorem cum ordo tangeret, schedulam extrahit, in qua domi iam ante sententiam capitis scripserat, scilicet: Limprechtum *ob proditionis, peculatus, ambitus, & alia crimina gladio plectendum esse*, hanc loco uoti legit. Acclamatum a multitudine, & sententiae tenor *Limprechto* nuntiatus est; Ille territus, sic tamen ut in dimissionis spe solatium poneret. In conquirendo carnifice difficultas erat: Erfurtensis Electori solum obstrictus, largiri operam Senatui iuramenti religione prohibebatur; neque externus induci poterat, quod latrocinium uideretur

Articuli inquisitoriales erga Limprechtum.

Torturae subiicitur.

De capite ipsius consultatur.

Capitis damnatur.

ad mandata imperium non habentium gladio ferire †. Victus Erfurtenſis liberalitate praemii, operam Senatui addixit. In foro ante curiam theatrum erigitur, † ſic ut ex ipſa curia in illud aditus eſſet. Inde *Limprechtus* ad lanienam trigeſimo Nouembris educitur. Confluxerant omnis ſexus & aetatis homines, rem inſolitam uiſuri. Tunc primum caput ſuum peti ſerio uidens, pauca ad populum de fide ſua, de ſinceritate in rempubl. dixit, quae ſeditionibus in Caeſarem, in Electorem extremis miſeriis immergeretur. Mortem ſuam non inultam fore addidit, cumque tumbam uideret, & in ipſo foro effoſſum ſepulchrum, ibi cadauer non manſurum, ſed honeſtiorem accepturum ſepulturam praedixit †. Poſthaec ceruicem carnifici praebuit, qui ſeu pauidus, ſeu artis imperitus iteratis ictibus uulnera tantum inflixit, demum cadenti in terram corpori ceruicem reſcidit, caput clauo ferreo in ipſa curia ſuffixum, truncus in foro ſepultus eſt. Exemplum a *Rudolfo I* Caeſare ſumptum, (*a*) quem rebelles Senatores pari ſupplicio affeciſſe alibi dictum. Poſt hoc crudelitatis ſpectaculum reſedit nonnihil ciuium impetus, & ſaturata uidebatur immanitas. Senatus ad auctoritatem priſtinam, ciues ad obſequia rediere, ſed Caeſar, & Elector ad uindictam atrociorem animati.

Edit.

Ducitur in theatrum.

† pag. 335

Eius ad populum ſerm.

Iteratis ictibus decapuatur.

Caeſare & Electore uindictae intentis.

† *Anonymus* lib. I cap. XIII § V p. 176; Gudenus *in his cenſendis multus eſt, dicitque, carnificem, Electori quippe ſolummodo obſtrictum, operam ſuam Senatui largiri haud potuiſſe; externum introduci haud licuiſſe, quod latrocinium uideretur, ad mandata imperium non habentium gladio ferire. Atenim neſcio, ſi omnes circumſtantiae rite perpendantur, an illum philoſophia hac ſua punctum omne tuliſſe, dici poſſit.*

† Quod bene coniecerit, docuit euentus. Cadauere enim ipſius poſtea Electoris iuſſu effoſſo, die XVII Nouembr. ſtil. Iulian. an. MDCLXIV ſolemnes ipſi in templo Mercatorum factae fuerunt exſequiae, prout ex *Nicolai Stengeri* ſermone tum pro ſuggeſtu habito, & poſtea typis excuſo, patet.

(*a*) *Vide ſupra ad annum MCCLXXXIX.*

XXVI Ratisbonae Comitia Caeſar indixerat, auxilia ab Imperii Statibus aduerſus Turcam, qui Hungariam inuaſerat, petiturus. * Vſus occaſione Moguntinus, praeſentibus † ibi Statibus iniquitatem rei exponit, praeſertim cum Electore Saxonico agit, in certas leges conuenit, illeque opem & auxilium ad compeſcendos rebelles promittit. Sed uires Caeſaris in Hungaria diſtractae, & populoſae ciuitatis expugnatio iuſtum exercitum requirebant. Moguntinus Elector foederatos de auxiliis, potiſſimum Regem Galliae, Collegas Electores eccleſiaſticos, & per Conſiliarium ſuum *Gereonem Molitoris* Principem Monaſterienſem, inſuper Ducem Lotharingum inuocat. Sed nec inconſulto Caeſare Galliae Rex inuocatus, citra cuius uoluntatem peregrinum introducere militem profanum cenſuit. Miſſa Legatio Viennam, quae modum executionis, & quod auxilia Gallica deſiderentur, nuntiaret. Varie ibi res agitata, num ſalua Imperii incolumitate introduci Gallus poſſet? *Ingruere bellum Turcicum, exercitus Caeſaris & Imperii extra fines in Hungaria haerere, ibidem Gallorum decem millia eſſe; quid igitur ſi conſueta ſolertia excedere occupatis nollet? Iſto errore Metim perditam, duraturam cicatricem uulneris, quae ſeros nepotes de fide Gallica monebit.* Contra Elector aulae Caeſaris accuratius explicuit: *Integritatem Regis alia ſpondere, praeterea non ſolis Gallorum ſe uiribus uſurum, praeſto eſſe Confoederatos alios, quorum auxilia iſtis praeualitura legem reditus dicere ualeant. Imbecilliora fore auxilia, quam ut in loco tam diſſito moliri quid poſſint.* Miſſus in Galliam Baro *Reiffenbergius*, Regi negotium exponit, quod Erfordienſes † Moguntiae ſubditi, Electori iura tempore belli inuerſa reſtituere nolint, ulterius turbent, Monaſterienſibus pactis haud obtemperent, propriis transactionibus, & iudicato Caeſaris contraueniant. Etiam a Caeſare proſcriptos eſſe, nec ullis artibus ad uitam ciuilem reduci poſſe: ſua fretos potentia ſic inſoleſcere: imbecilliores eſſe Moguntiae uires, quam ut absque auxiliis uincere tantam urbem poſſit: uellet Chriſtianiſſimus Rex ſeditioſos compeſcere, qui adeo in publicae pacis leges inſolenter peccauerint; percepturum ex his Imperium, quam cordi Rex habeat ſanctiſſi-

* MDCLXIV.

† pag. 336

Moguntinus cum Electore Saxone conuenit.

Regem Galliae inuocat.

Iudicia de auxiliis Gallicis.

Reiffenbergius *in Galliam ad petenda auxilia abit, & Regem alloquitur.*

† pag. 337

Edit. I sanctissimam pacem, & eius conseruatorem laudaturum. Tribuit Rex foederi, quod in conseruationem pacis cum Electore pepigerat, copiis in Picardia distributis, sub ductore *Pradellio*, trans Rhenum irent, iussa Electoris expectarent, mandauit. Lotharingiae (a) Ducem ad pares suppetias hortatus est. *Rex petitis annuit.*

(a) Manifestum Lotharingiae Ducis Caroli, *a Gallis prouinciis exuti, aduersus Regem Galliae, editum anno 1671.*

Menses his insumpti, cumque clam ageretur, putabant Erfurtenses, se iam poenam euasisse, quam negotii grauitas remorata fuerat; in bello etiam Turcico solatium; quod soluta Canisii obsidio, caesae ad Muram Christianorum copiae, Imperatorem a uindicta ad tutanda sua reuocarent. Elector Saxoniae longius uidit, Consiliarium suum Equitem *de Werthern*, † pag. 338 agnitionem † delictorum persuaderet, submisit. Ast uana omnia pertinaci ad mala populo. Tandem postquam atrocitate scelerum momenta precum minuisset, earumque recusatio criminum paene infimum esset, decimo nono Maii praescriptam, & approbatam olim formulam publice recitat, de cetero nulla culpae agnitio, non poenitentia: tuitione criminum delicta geminata sunt. Foederatus miles cum hinc inde se moueret, consilia Erfurtenses resciuere. Anxii quod serio tandem, & efficacia ad ingentium criminum uindictam remedia parari uiderent, ad uarios Principes legatos de auxiliis mittunt, culpas partim agnoscunt, partim plebi imputant. Sed frustra rebellionem in Caesarem, in Electorem commendant: nec aliud his effectum, quam quod Protestantium Statuum Legati, quos Comitium Ratisbonae collegerat, incertum an Dominorum uoluntate, Galliae Regem de mittendis auxiliis per litteras sint dehortati. Ipsa executio a quibusdam oppugnata: *Erfordiam in superioris Saxoniae circulo sitam, Moguntinum partem laesam esse, proinde isti ex legibus Imperii, huic ne quidem ex communi iure mandari debuisse.* Caesar *mandare uindictam sui arbitrii esse, leges executionis Statibus latas, ne mandatam recusent, ab his & recessisse Maiores, & se cum negotium postulat, alium inire modum posse.* Elector *Erfordiam suam de superiori Saxoniae circulo esse negat, aliud tot saeculorum obseruantiam,* † pag. 339 *ipsam partium confessionem edocere. Partem se laesam, sed & Dominum esse, cui subditos compescere omnia iura indulgeant, imo & laesae parti executionem istas Imperii leges demandare, quae Norimbergae (a) ad pacis consummationem latae sunt.* *Solatium Erfurtensium in bello Turcico.* *Saxonis Electoris hortationes.* *Sero ciuitas paret.* *Erfurtensium ad obsidionem euitandam consilia.* *Literae Legatorum protestantium ad Regem Galliae.* *Obiectiones aduersus executionem.* *Caesaris defensio.* *Elector sibi deberi probat.*

(a) Executions-Recess *de anno 1650.*

XXVII Galliae Rex nihil Legatorum persuasionibus motus, collectas ad Metim copias Rhenum petere iubet, Elector uarios Principes, praecipue *Lotharium Fridericum* (a) Nemetum Principem, de innoxio transitu, ablegato ad eum *Christophoro Gudeno* salutat, quod in eius Principatu Rhenus occurreret. Annuit liberaliter, & inter Spiram, ac Philipsburgum copiae transportatae sunt; fuerunt autem peditum millia quatuor, equitum duo. Miles Lotharingus sub Principe *Vaudemontio* Moguntiae, ubi nauali ponte utrumque littus Elector iunxerat, transiit, superato Rheno stipendia numerata sunt. Elector Herbipolim, utque bello proximior esset, *Regis Curiam* (Franconiae fortalitium est, Thuringiae obiacens) pergit. Barones *Reiffenbergium* & de *Greiffenclaw* Legatos cum plena potestate castris praeficit, ut & adessent consilio, & de annona prospicerent, ac cum obsessis, quod e re uideretur, agerent. Summam rei Generali Vigiliarum Praefecto *Sommerfeldio* credit, qui militaria, & † pag. 340 expugnationem † curaret. Tormenta maiora bellica Herbipoli, & *Regis Curia* aduecta sunt, glandes armamentarium Moguntinum submisit. Auctae conductitiae copiae lecto per Franconiam, & Rhenum milite. Colonienses, Treuirenses & Westphali per Hassiam uenere. His omnibus exercitus quindecim millium concreuit. *Galliae Rex auxilia Moguntino mittit, quibus Lotharius Fridericus Nemetum Princeps transitum concedit.* *Legati exercitus.* *Sommerfeldius.* *Numerus armatorum.*

(a) *Hic post* Ioannis Philippi *obitum Electoratum Moguntinum obtinet, ac hodie rerum summae feliciter praeest.*

Exercitus urbi appropinquat.

XXVIII Die sexto Septembris turma ex Eichsfeldia praemissa greges pecorum ex pascuis abegit; id primum hostilitatis argumentum. Exercitus innoxio per Thuringiam transitu secutus est. Obsidionem intendi uidens Senatus, ciues ad concordiam, ad fortitudinem hortatur: *Tribunis, Centurionibus parerent, metum abiicerent, causam Deo commendarent.* Missi etiam ad exercitus Legatos, qui uim deprecarentur, pacis leges proponerent. Illi: *Non se nisi dedita urbe pacturos*, aiunt, *reciperent praesidium, ac aequa omnia expectarent; Vades se clementiae Electoris futuros, quam ubi inutili resistentia ulterius irritarent, in indignationem uertendam, quae nonnisi meritis poenis placanda sit.* Vrbici *S. Petri* Abbatem *Adamum* interpellant, uellet appropinquanti exercitui occurrere, quae ad auertendam uim expedire uiderentur, proponere. Ille in uanum pro rebellibus agi facile agnouit, qui ostentatione armorum non poenitentiam, sed contumaciam prodant, ne tamen cum coetus sui periculo petentium furorem accenderet, adduci equum iubet, † profecturum se promittit, quodque e re ciuitatis deprehenderet, soler- † pag. 341
ter acturum. Ast aliquantum ex ciuitate progressus equum uertit, reuersus in urbem, a palantibus hinc inde turmis progredi ulterius se prohibitum; praeterea desperatae rei indicium refert; Saxones Moguntinis amicos esse. Sic igitur septimo Septembris omnis exercitus, nisi quod Galli in Franconia adhuc subsisterent, in urbis uicinia aduenit, castra infra *Marbach* adusque Geram fluuium supra *Gissersleben* metatur, quod latus illud Eichsfeldiam uersus, commeatus aduectioni commodius, atque ob assurgentes colliculos aduersus *Cyriaciburgum* tectum esset. Aliis a *Dagobertstadio*, ubi collis uallo eminentior, faciliorem fuisse oppugnationem arbitrantibus. Miles Francicus ad uiam regiam in iugo montis asperi uersus meridiem castra locabat, ut meridionale urbis latus clauderet; nec tamen omittebat e tormentis, per tantum interuallum globos in urbem transiicere. Ab altera parte *Sommerfeldius* per fossiones indies appropinquabat. Vrbici turmas aliquot scripserant, e pagis citauerant delectum, sed pluribus suae domus, quam urbis defensio placuit. Praeter illos ciues sub signa distributi uallum impleuere, tormentis maioribus obsidentes saepius ad ostentationem, quam necessitatis modum petiere, illi contra fossionibus intenti, superuacuum † ducebant intempestiuis ex- † pag. 342
plosionibus primi terroris emolumenta perdere; Vulgus his persuasum, machinas bellicas, puluerem nitratum deficere, ludibriis per uallum obsidentibus exprobrat. Annona ex Eichsfeldia aduecta, partim in Thuringiae oppidis, Mülhusii, Saltzae numerato pretio coempta est, quam ut interciperent obsessi, missa equitum turma prope Tonnam insidiantur. *Helmsdorffius* Quaestor in *Scharffenstein* curribus praefectus, uenientes ex longinquo Erfurtenses amicos credens, ne in dubii quidem periculi euentum arma sumit. Illi imparatos aggrediuntur, currus spoliant, equos abripiunt, *Helmstorffium* autem milla per caput glande uita priuant. Excitauit hic nuntius castra, quibus maior de commeatu cura, quod nullis excursionibus reparare defectum in amica prouincia possent, ideo posthac maiore praesidio annonae currus muniebant. Propius interim ad uallum per fossiones peruentum est. Vbi uineae ad portam *S. Andreae* declinant, aggeres erecti, e quibus & inquietarent uallum, & erumpentes compescerent. Variis euentibus aliquot septimanis inuicem pugnatum, & cum supremus Eichsfeldiae Satrapa *Baro* de *Bicken* uallum propius exploraret, e tormento maiori globo in femore laesus, uitae discrimen incurrit. Obsessi nihil quod ad defensionem faceret, intermisere, Senatus ut pietatis stimulo † ciues ad fortitudinem animaret, preces in publico foro decre- † pag. 343
uit. Ibi Praeco uerbosa concione rebellionem firmabat: *Non de uita tantum, de libertate, sed & aris agi, pro illa pugnare ciuem, pro his etiam mori Christianum debere: Sed nec eam necessitatem ingrueret, quae extrema minetur: Numen protectionem manifestissimis signis ostendere: tanto iam tempore hostes ante urbem sine progressu subsistere, nulla inferre damna, multa pati, ne dubitarent de uictoria,*

pro

Petrensium Abbas occurrere exercitui compellitur. Eius simulatio.

Obsidione urbs cingitur.

Obsessorum apparatus.

Annonae cura.

Obsidentibus annonam intercipiunt obsessi.

Obsidentes portae S. Andreae incumbunt.

Obsessi preces publicas decernunt.

A Concionatore ad contumaciam incitantur.

Edit. I *pro quibus ipse Deus uigilaret.* Dum his auditores incenderet, globus supra domorum tecta in ipsum forum prorumpens coetum dissoluit. Idem in templo Franciscanorum contigit. Inter haec Galli pedites ex Franconia appellunt, trina tormentorum explosione excepti, fragor honori aduentantium, glandes ciuitati cessere. *Pradellius* confestim urbis situm & munitiones explorat. Frequentiora his castra propius uallum premunt. Infra *Cyriaciburgum* structa mole in utramque urbis plagam *Gera* diuiditur, hanc perforare conantur, ut subsidente flumine pars urbis altera, quae potissimum infestabatur, sine aqua esset, ac metu ignis citius ad deditionem cogeretur: missi in illam nocte fabri lignarii addito praesidio, quod aduersus erumpentes eos defenderet. In arce & uallo findentium strepitus auditi, nec tamen frequentissimis tormentorum globis a proposito repulsi, molem aequarunt. Sed breue periculum, quippe ducta in foro † pag. 344 equario fossa, ex altero † Gerae brachio exsiccatum alueum denuo impleuere. Aderant iaciendis ignibus machinae, & facili opera tot lignei parietes ac tecta arsissent, at uetuit Elector per euersionem urbis uictoriam quaerere: *Filiam esse Erfordiam, quae castigari, non tolli debeat, belli ciuilis damna haud minus inferenti, quam laeso nocere.* Vt tamen obsessi, cuius beneficio salui essent, monerentur, ac quae imminerent mala ab extreme irritatis, horreum inter portas *S. Andreae* & *Ioannis*, semotum a domibus iniecto igne incensum est. Molendinum ante portam *S. Ioannis* hactenus a ciuibus obtentum erumpentibus pro refugio erat; missi igitur incendiarii, qui deurerent, eodem casu uicina aedificia ceciderunt. Vrbici uindictae intenti ab altera parte erumpunt, & adscriptum Electorali culinae *Dagobertstadium* incendunt. His conflictibus, & pensitationi damnorum mensis insumtus est. Monebat imminens hiems, ut uiolenta oppugnatione obsidio conficeretur. Ex omnibus aggeribus ciuitas impeti coepta, tribus diebus continuata fulmina, & porta *S. Andreae* deiecta est: globi qui ruinas penetrauerant, aedes ad mediam usque urbem perforarunt.

Auxiliares Galli in castris appellunt.

Aquam subducere urbi obsidentes student.

Vrbici eludunt.

Electoris propensus animus in Erfordiam.

Molendinum ad portam S. Ioannis obsidentes;

Dagobertstadium obsessi incendunt.

Obsidio uiolentius continuata.

XXIX His territi incolae, longisque satiati malis, consilia pacis respiciunt. Auctus ex eo metus, quod pacem cum Turcis initam audirent. Prudentiores pericula ostendunt: *Obsideri se a Principe, a cuius clementia sperare* † *ueniam possint, dum eam agnoscant, sed & milite cingi, moribus, lingua, studiis uario; Alterutrius arbitrium necessitatem imponere, euenturum, ut si Principis clementiam respuant, incidant in lasciuiam militis, cuius ira nullo linguae commercio placari queat. Fingerent per insultum expugnari urbem, imo & intuerentur praesens periculum, quibus direptionibus, quibus libidinibus ciues, bona, uxores, liberi subiicientur?* Inter has deliberationes opportune literas Sereniſſimus Elector Saxoniae misit, in quibus & pertinaciae mala, & bona submissionis descripsit. Conclusum in Senatu, deditionis leges ab exercitus Legatis petendas esse. Deputati cum mandatis, qui transigerent, responsum tulerunt: Vrbem Electori dederent, & eiusdem clementiam expectarent. Ablegati mandatorum limites praetendunt, quae ultimas inire conditiones uetarent: Ne tamen rupta uideretur transactio, *Reiffenbergium* rogant, uellet una in urbem tendere, melius omnia in Senatu expedienda. Ille datis obsidibus altero se die † pag. 345

Deditionem respiciunt.

Suadentium metus.

Electore Saxone ad deditionem hortante fit SCtum de petendis legibus deditionis.

uenturum promisit. Interim inducias placuerunt. Credit se *Reiffenbergius* impotenti uulgo, & urbem ac in ea curiam accedit. Variis ibi praesertim de uenia delictorum, de praesidio actum, sed nil conclusum est. Prorogatae tamen inducias, & denuo Senatores ad Electoris Legatos missi sunt. Conuentus in *Piltersleben* habitus, ubi tandem felicissima conuentione plusquam saeculares illi motus, & dissidia ciuilia his legibus † abrupta sunt: *Ciuitas Electoris, Principis sui, clementiae se dederet,* Cyriaciburgum *& duas portas* Brületensem *ac* Krempherianam, *usque dum de urbis securitate, de custodia pro libitu disponeret Elector, traderet, reliquae non nisi ruricolis aperirentur. Religionis libertas iam olim promissa libera, & citra molestias esset.* Pradellius † pag. 346

Datis obsidibus Reiffenbergius *urbem ingreditur.*

Inducias.

Vrbs deditur.

Deditionis leges.

& Le-

& Legati *Electorem placarent, ne poenas a ciuibus, aut bonis eorum exigat. Ruſtici ad praediorum culturam ex urbe dimitterentur.* Excluſi a gratiae legibus, qui prae ceteris in Caeſaream Maieſtatem, in Electoris eminentiam peccauerant. Hae leges per Deputatos urbis *Regis-Curiam* delatae, atque praemiſſa flexis genibus deprecatione Principi Electori exhibitae ſunt. Ratihabuit Elector Legatorum pacta, utque apud Caeſarem Erfordia expiaretur, ſibi curae futurum promiſit; his quoque gratiam ſpopondit Elector, quibus Legati negauerant, eandem ut Caeſar largiretur, ſe laboraturum: Expenſas belli quantumuis ingentes, non ex priuatorum bonis, ut ob delicta poſſet, uerum uniuerſitatis ſumturum. Edit. I

Erfurtenſes per Legatos deprecantur.

Ipſe Elector urbem accedit.

XXX Acta haec *Regis-Curiae* ſexto decimo Octobris; unde Elector cum integra aula Erfurtum mouit. Cum prope urbem ueniſſet, ab uniuerſo exercitu armis, & trina machinarum exploſione ſalutatus eſt, iisdem uallum intonuit. Ciues arma depoſuerant, quo minus exacti tumultus imaginem Domino exhiberent. Electorem Magnatum ingens numerus omnis † ordinis & dignitatum ſtipabat. Iſto pompae ordine urbem † pag. 347 ingreſſus eſt, quae felicitas a duobus ſaeculis Maioribus negata. Occurrit in ueſtibulo Mariani templi Clerus, breui oratione de proſpere geſtis, de aduentu gratulatur. Poſtea ad ipſam aedem deductus Elector, ubi Ambroſianus hymnus decantabatur. Inde Monaſterium *S. Petri*, ſolitam Electoribus Sedem conſcendit. Confeſtim Senatus portarum claues obtulit.

Homagium praeſtitum.

XXXI Prima de occupatae urbis regimine cura, quomodo & ſcopuli ueteres cauerentur, & communis boni tutela firmaretur. Viſum ſueto olim iureiurando ſubditos obſtringere. Conuocati in maiore foro ciues, Elector in latioribus gradibus ſub umbella holoſerica ſtetit. Senatores propius, reliqua multitudo per forum erat diffuſa: Ibi in genua deuoluti, quae peccauerant hactenus, deprecati ſunt. Elector clementiam *Regis-Curiae* promiſſam uberius ſpondet. Singuli ciuium ſecundum regiones, & tribus, ſtipulata manu obedientiam Electori promiſere: Ii qui extra portas habitant, tumultuum rei, per libellum Electori innocentiam ſuam proponebant: Fateri ſe, quod motibus immixti, imo in tumultu primi fuerint; aſt ex alieno hoc delicto non ſuo eueniſſe: calliditate imperantium ſe circumuentos, qui ſimplicem multitudinem ad tegmen ſuae rebellionis concitarint. Scilicet † Eminentiſſimus Elector clementia ſua † pag. 348 pertinaciam omnem liquefecerat, ut puderet in optimum Principem peccaſſe, hinc alter alteri culpam imputabat. Fides data iure iurando confirmabatur, proponente iuramenti leges Secretario, omnis multitudo erectis ad coelum digitis ſubiectionem iurabat.

Excuſatio ſuburbanorum.

Electoris clementia.

Galli bene remunerati Rhenum repetunt. Rariſſimum munus Regi ab Electore oblatum.

XXXII Iisdem diebus Rhenum auxiliares Galli repetiere. Officiales cum liberaliſſimis donis Elector dimiſit. *Pradellio* gladius multis pretioſus gemmis, & plures equi obuenere. Ipſi Regi datum munus, quod antiquitatis pretio omnem aeſtimationem ſuperat: De *Childerico* Francorum Rege, *Clodouaei* patre, ſupra (*a*) dixi: is anno Chriſti DIX die uigeſimo ſeptimo Nouembris obiit, ac Tornaci ritu gentilium ſepultus eſt; cumque nuper ibidem, gubernante Belgium *Leopoldo* Archiduce, Diui Caeſaris *Ferdinandi III* fratre, ruinoſae aedis fundamenta diiicerentur, (*b*) corpus una cum uario cimeliorum, & armorum apparatu, inuentum caſu, & refoſſum eſt. Haec *Leopoldus* Viennam miſerat, Galliarum Rege frequentiſſimis uotis, iſta praedeceſſoris monumenta deſiderante. Ablegauit Elector ad Caeſaris aulam *Conradum Breuning* ſuum e Societate † Ieſu Theologum, per quem a Diuo *Leopoldo* Caeſare Auguſto † pag. 349 iſtum antiquitatis theſaurum obtinuit, eum poſtea Regi Galliarum in grati animi teſſeram obtulit.

(*a*) *Sub anno DXVIII.*

(*b*) *Vide* Anaſtaſin Childericianam Chifletii, *in qua uberrime haec ab oculato teſte, & elegantiſſimis eclypis exhibentur.*

Vniuerſitas literaria Electorem excipit, qui eam

XXXIII Rector Vniuerſitatis & proceres elegantí oratione Electori gratulantur, ſe atque Academiam Electori commendant. Pari elegantia reſpondet Elector, nec curae ſibi tantum rem literariam futuram, ſed quan-

Edit. I quantis etiamcunque impensis e puluere, quo temporum iniuria tecta iacuit, splendori pristino restituturum. Fidem dictis atque uotis speratam dedit, postquam liberalissimis stipendiis, & uigilante cura Academiam irrigauit, ut paulo post supra uota florere inceperit. *dem restaurat.*

† *Anonymus* lib. II cap. VI § VII p. 282; *Sed enim, Gudeno sic praecinente, ego non libens gressibus ingrederer; quoniam plenis saltibus a uero resilirem. Magis quidem sub finem saeculi XVII academia floruit, quam urbe manus dante; sed id non tam mutationi isti, quam exquisitae eruditioni, magnaeque celebritati Professorum Iuris & litterarum sacrarum, formulae Augustanae addictorum, adscribendum uenit.*

XXXIV Monebant transacta tempora, non solis promissis imperia stare, praeterea ampliora urbis munimenta uidebantur, quam ut semper impleri praesidio ex ciuitatis reditibus possent. Ideo Elector, quod iam ante saecula *Adalbertus* (*a*) fecerat, arcem extruere, ex qua tam protegi aduersus uiolentiam boni, quam contineri mali possent, ac montem *S. Petri* munimentis circumdare aggressus est. Prosperrimis initiis Princeps Monasterienſis, *Christophorus Bernhardus*, ex Hungaria superuenit. Ibi annonae praefectus exercitibus Imperii de commeatu prospexe- † pag. 350 rat, Princeps heroicis uirtutibus, praesertim re militari † per Europam celebris: Omni praesidio & machinarum tonitru exceptus est: aliquot dies laetitiis insumptae, praecipuum in noua munitione, suorum re uotorum, delectamentum: postea Westphaliam repetiit. Elector ut ciuibus suis ostenderet non Imperium sibi uiolentum, sed quod clementia consistit, placere, ciues, quae reliquerant arma, resumere iubet, in foro conuocat, paucis stipatus lustrat, totque millenis inermis se credit, quibus antea hostis uidebatur; sed edocti iam de errore ciues, quodque restiterint Principi, qui non libertati, sed licentiae ponere modum uoluisse uictor ostendat. Incredibilis hinc animorum conuersio, nec reliqua ueteris morositatis studia, nisi forte penes quosdam obscurae sortis, qui bonis publicis offensi, in rebus turbidis delectamenta quaerunt. Sic iterum unita Sedi Erfordia. Caesar, Reges, Principes Electori de felici successu gratulati sunt, etiam priuatos ad eundem ausum Electoris humanitas prouocauit. Ast ille prospera omnia non suae uirtuti, sed benignitati Numinis imputauit. Festiuos ignes, arcus, & triumphantis decora uetuit, quod reduxisse ciues, quam triumphasse uideri mallet. *Citadella Petrensis initiatur.* *Princeps Monasterienſis Electorem hic conuenit.* *Elector iterum ciues armat.* *Lustrationem instauit.* *De unita Sede Erfordia ad Electorem gratulationes.*

(*a*) *Vide supra ad annum MCXXIII.*

XXXV Inter istos applausus non deposuit Elector pro rep. curam. Ordinauit Magistratus: quae statum concernunt, & publica, Vicedo- † pag. 351 mino commisit, datis in † curarum, & Consilii partem Assessoribus. Vetus haec per Electoratum, & praesertim Erfordiae imperitandi ratio. Iudicia Praetori, & Assessoribus mandauit, itidem ex ueteri instituto: Sed illud utrobique nouum, quod quasi de Archiepiscopatu triumphasset & Erfordia, ex ciuitatis Consulibus, Aduocatis, Senatoribus ad hasce potestates quidem adoptati sint, sic uicti mixti uictoribus ad gubernacula assumpti. Senatus etiam ordinatus; in eum prudentiores ciuium lecti, & data quotidiana reip. disponendi potestas, potissimum quae circa tribus, commercia, tutelas, successiones ex statutis uersantur, & rituum libera secundum Augustanam confessionem, prout hactenus uiguit, ordinatio. Senatoria Collegia in tria reducta, sic tamen, ne quis a dignitate sepositus, sed uel ampliorem, uel parem in aucto Collegio honorem adipisceretur. Vicedominatus *Reiffenbergio* creditus, industriae hoc in negotio praemium. Sic ordinata ciuilia: militare praesidium suo Generali uigiliarum Praefecto *Baroni* de *Leyen* Elector credidit; hic dum bellum ciuile prope Erfordiam ageretur, cum signis decem in Hungaria bello Turcico distentus, praecipuum fortitudinis, & uirtutum militarium specimen in expugnatione *quinque Ecclesiarum*, & felici ac cruento ad *S. Gothardum* proelio edidit, uocatus cum ueteri, & † pag. 352 exercitato milite faustissimis † auspiciis, urbis, nouaeque arcis custodiam ac supremam armorum praefecturam suscepit. Patres Societatis (*a*) Iesu *Elector Magistratus ordinat, & instituit Vicedominum;* *Iudicium ciuitatis: in quo uicti mixti uictoribus.* *Senatus lectus.* Reiffenbergius *Vicedominus*, & Baro *de* Leyen *Gubernator constituuntur.* *P. P. Societatis*

vis Iesu Collegium donat Elector.

suis quidem reditibus, quos uel ex liberalitate morientium, uel ex monasterio Canonicorum *S. Augustini*, quod ab Electore *Swikardo* accepere, sed absque domo propria hactenus uixerant, a Capitulo Mariano in sacellum (*b*) ecclesiae *Sanguini Redemptoris* sacrum, & pro locario in domum, ab *Henningio Goedenio* ad occidentales gradus exstructam, quondam recepti. Pro iis Elector Stotterheimiani palatii aream & rudera emit, assignauitque in futuri Collegii fundum: additum in uicinia *S. Laurentii* fanum, in quo dum usque propriam aedem Numini erigerent, diuina peragerent. Edit. 1

(*a*) *Vide supra ad an. MDLXXIX. lib. I n. 21.* (*b*) *De cuius initio uide supra* (*c*) *Vide supra n. XIII.*

Monita Electoris ad utrumque religionis concionatores.

Priusquam Herbipolim repeteret Elector, utriusque religionis Clerum ad prandium uocat, inter alia hoc potissimum inhibet, ne uerba ad populum facientes a praeceptis uitae Christianae ad conuitia in discrepantem ritum deflecterent. Veritatem suo candore sine calumniis apparere, ad has sibi male conscios refugere, nec iis auditores ad pietatem, aut zelum ueri, sed ad liuorem tantum animari, & pestilentem reip. aemulationem. * Firmatis omnibus, & emendatis in melius, Herbipolim † abitus paratur. Postea intercedente apud Caesarem Electore, ciuitas, agnita per legatum culpa, factaque per eundem humi prostratum deprecatione, a nexu proscriptionis absoluta est. † pag. 351

*MDCLXV. *Reuertitur Herbipolim. Ciuitas a banno absoluitur.*

Pacta & stabilita concordia cum Saxonibus.

XXXVI Vnum supererat, quominus Erfurtensia consummata uiderentur. Saxoniae Duces, Thuringiae Landgrauii uarias lites cum urbe iam ab antiquissimis temporibus habuere, modo iura, nunc terrae in controuersiam tractae. Adpromisit nunc Elector Saxo auctoritate sua lites sopiendas. Moguntinus Baronem *Reiffenbergium* legat, conuentus Lipsiae habitus, ubi Praefectura *Kapplendorff* ac *Rudelstadium* maius Ducibus cessum, illi praetensae in Erfurtensi territorio superioritati renuntiarunt. Comitatus *Mühlberg* & *Tondorff*, si daretur creditum, cessi, protectio urbis Domino relicta: de conducendi iure, multarum hactenus litium causa, conuentum, ut Elector personas, Principes bona conducerent; controuersiae Gleichenses multiplicibus legibus sublatae, nisi quod superioritatis, aut exemptionis praetensio Spirensi Camerae submitteretur; atque sic uariis pactis, datis aliis, aliis retentis, proscriptae lites, diuisa territoria, distincti dominatus, amicitiae, studia, utilitates, aduersus quosuis coniuncta sunt.

Quid de hac renuntiatione iudicet *Schurzfleischius*, uidere est in epistola CLXXXVI p. m. 191 & seq. *Et quidem anno MDCLXVII a domo Saxonica renuntiatum iuri patrocinii hereditarii in Erfurtum; sed non iuri ex capite territorii, a domo Vinariensi praetenso. Illud enim ex alia caussa oritur, & propterea ea cessio non intelligitur ratione eiusdem.*

Apparatus futurae Historiae.

XXXVII Historiae futurorum temporum, si contexere libuerit, apparatum dabunt rerum † humanarum concatenatae uicissitudines. Magnus minister & qui Domini uices agebat, fortunae lubricitatem expertus cecidit †: interim illustrissimus *Fridericus* Baro *de* Greiffenclaw, gubernacula tenuit. *Ioannes Philippus* Elector, amoribus & consiliis, queis Remp. iuuit, felicem impositurus coronidem, a Reuerendissimo Capitulo *Coadiutorem* petiit, qui & fessam curis senectutem fulciret, & anteuersis Imperii interualli malis successor esset. Non diu consultandum fuit quis eligeretur, sed *Lotharii Friderici* altissima uirtus omnium uota collegit: is igitur Coadiutor, & *Ioanne Philippo* associato superis, Elector est. Sanguinem ex illustrissima *Metternichiorum* familia ducit, fuitque iam ante Spirensium Episcopus, Imperii Princeps. Ardentissimis uotis hunc expectauit Erfordia, ut iurata fide obedientiam sponderet; ast Rheno armis turbato necessitates Moguntiae Domini praesentiam expetunt. Igitur homagium per Legatos excepit, quam in rem Reuerendissimum summae Aedis Scholasticum, hodie Custodem, *Carolum Henricum*, Illustrissimum *Baronem* de *Metternich*, *Winnenburg* & *Beil-* † pag. 354

Lotharius Fridericus Elect. Mog.

Homagium excipit.

Edit. I & *Beilſtein*, miſit; Legati ſimul a Metropolitano Collegio, Reuerendiſſimi duo Capitulares, & Illuſtriſſimi Domini, *Anſelmus Franciſcus Fridericus* ab *Ingelheim*, & *Chriſtophorus Rudolfus* a *Stadion*, ut homagium † praeſtare Erfordiam iuberent. Peracta ſunt omnia magna pompa, & applaudentibus cunctis, Legatorum prudentia ubiuis inter ornamenta eminente: Ciues in latiore foro, ruricolae partim in *Vippach*, alii *Sommerdae* & *Mühlbergii* iurarunt. Mox ante, cum eiusdem belli incommodis Rhingauia expoſita, ſuum Vicedominum, meritis in rempublicam excellentiſſimum, commodare amplius Erfordiae non poſſet, Baro Illuſtriſſimus & Generoſiſſimus Dominus, *Ioannes Henricus Daniel* a *Ridder* in *Groenſtein*, Vicedominus Erfurtenſis renuntiatus, euocatoque ad Imperii tutelam a Caeſare militarium rerum gubernatore, *Barone* de *Leyen*, Colonellus *Fridericus* a *Schütz* in *Holzhauſen*, exercitata generoſitate clariſſimus, armis praefectus eſt.

† pag. 355

Per Legatos D. D. de Metternich, Ingelheim, Stadion.

Dom. a Ridder *Vicedominus.*

Dom. a Schütz *praefidii praefectus.*

† Intelligit *Philippum Ludouicum* de *Reiffenberg*, Erfordiae Vicedominum, qui anno MDLXVIII die XVIII Maii ordine clericali, omnibusque beneficiis exutus eſt. Quo conferre iuuabit *Lunigium* in continuatione *Spicilegii eccleſiaſtici* ſectione III n. XX p. 229.

EPISTOLA *MOGVNTIAE* AD *ERFORDIAM*, ET *ERFORDIAE* RESPONSVM AD *MOGVNTIAM*.

EPISTO-

EPISTOLA MOGVNTIAE AD *ERFORDIAM* FILIAM, CVM HAEC SESE AN. MDCLXV MATRI DEDERET.

SAt bellis iraeque datum, procul improbe Mauors
Arma minaeque procul: ſtat bona uerba loqui.
Tu uotis cura una meis, *Erfordia*, ſalue:
Heu! tam per longos non mihi uiſa dies.
Huc ades, o liceat collo dare brachia circum,
Longa tuis liceat baſia ferre genis.
Ferre ut non licuit, ſcis, tertia uertitur aetas:
Quanto haec penſari tempore damna decet!
An fugis & ſpernis nil proficientia uerba,
Pugnando amplexus, nec niſi uicta dabis?
Quid uult illa ſibi uultu horrens, *Filia*, nubes,
Heu mihi! ſigna metus, an feritatis habet?
Sit metus, an feritas, huc o ueſtigia flecte,
Quamque agitas animo, ne pede carpe fugam.
Scilicet expectas, faciam quod in hoſte liceret,
Conſcia quodque tibi es promeruiſſe, times.
Lux mea, parce metu, quae ſit clementia nobis
Volue animo, non quam ſit tua culpa grauis.
Vtile conſilium, meritis ulciſcier hoſtem,
Vindictae ratio haec pectore ſola ſedet.
Non facit ad mores noſtros preſſura iacentis:
Quid loquor? haud dici, *Gnata*, iacere potes.
Stabit noſtra tibi nullo uictoria damno;
Laxos pande ſinus, commoda multa feret.
Vtque ego multa Diis, quod uici, debeo: debes,
A me quod uicta es, non, *mea Gnata*, minus.
Heu mihi! ſi uerbis & nunc offenderis iſtis,
Teque negas porro, ſis licet, eſſe meam.
At certe non Mater eram tibi digna negari,
Id ſumptu peteres diuite, ſi ſaperes.
An non noſter honos rerum tutela tuarum,
Aut ubi quam noſtro tutior in gremio es?
Quaeque dedit Matri Pater almae Pallia Romae,
An non apta tuum pellere, *Gnata*, gelu?
Aurea ſum, meritoque meo uocor *aurea Mogus*,
Auro cum placeant omnia, diſpliceo.
Quam gerimus, mitrae excelſos quis neſcit honores?
Biſſenis leges fert ea Praeſulibus.
Sedes ſancta, habeo magnum per ſaecula nomen,
Haud aliam dederis nobilitate parem.
Me Gnata, Dea terrarum, Roma alta ſuperbit,
(Quanquam fors parui tu decus illud habes)
Pondus habet pietas? Caelo gratiſſima uixi,
Et dudum ſuperis mutua cura fui.
Haereſis ut toties noſtro bibe, dixerit, auro,
Non faciam dixi, perfida, non faciam.
Et tinctum ut dederit toties mihi uirus hymetto,
Non comedam dixi, callida, non comedam.

Caesar habet primas, Moguntia clara secundas:
Altera sum regni gloria Teutonici.
Octo uirum nostro loquitur grauis ore Senatus,
Et coit, & nostro consulit arbitrio.
Caesareus sacro ornatur diademate uertex
Per nostras (Patres sic statuere) manus.
Quodque fuit fesso Atlanti Thyrinthius Heros,
Id sumus Imperii in pondere Caesaribus.
Singula quis numeret, caelo queis colla leuamus?
Grana quoque hic numeret littoris, astra poli.
Sed labor in uanum it, taedetque hac parte morari,
Nec te noster honos, aut tua lucra mouent.
Vt Matrem credas, dabo pignora certa, nec unquam
Me uolo uel modicum, sim nisi Mater, ames.
Forte rogas, & ais: *quo sum tibi nata marito,*
Quis fuit, & dignus num fuit ille thorus?
O mea, non nescis, sed uis nescire uideri,
Quo mihi sis primum filia nata patre.
Reppete, Praesul erat, quo non praestantior alter
Aut melior, Britonum regia progenies.
Scire iuuat nomen? *BONA* plurima *FECIT*, & inde
Aeternum in fastis nunc quoque nomen habet.
Is iunxit sibi me, iuncto descendis ab illo:
Filia, quam longi temporis acta loquor!
Hinc sacro nostra es: fieres ut iure profano,
Imperio dedit & nomine *Magnus Otho.*
Filius huic *Guilielmus* erat, dignissimus heres,
Nec magno soboles inficianda patri.
Hunc firmante pater Roma pariter mihi sponsum,
Quodque tui tenuit, Matris id esse dedit.
Te stabili is iunxit nexu, propriamque dicauit,
Fecit & ut nulla parte aliena fores.
Historiae fidam per priscae curre papyrum,
Dispeream, si non haec mea dicta probat.
Haec & plura tibi toties dixisse recordor,
Quid tu? *mentiris*, uox tua semper erat.
Quid facerem? augebant tibi mitia uerba tumorem,
In ius (namque super nil erat) ergo uoco.
Nec mora, damnauit iustus tua iurgia Caesar,
Et uictrix tanto iudice causa mea est.
Is tibi dixit: *ama*, *cole iustam*, Erfordia, *Matrem*;
Sed tibi res uilis paruaque Caesar erat.
Quid moror, & uariis te uindico, Filia, causis,
Quod memor es toties fassa fuisse mihi.
Ah! scio, non alio cum uelles nomine dici,
Nec titulo Gnatae gratior ullus erat.
Heu! quoties dixti: *sis*, *o* Moguntia, *Mater*,
Ipsa tibi aeternum nata fidelis ero.
Cum feret astra solum, *nascentur gramina caelo*,
Tunc finem, genitrix, *noster habebit amor.*
Addiderasque fidem uerbis, quot saecula nostro
Mansisti stabilis, scimus, in obsequio.
Tunc mea iura tui retulere, & nomina numi,
Quos ueri testes arca uetusta tenet.
Scis quoque quod nostris, quia filia, noscere signis,
Pictaque materna est hinc rota mille locis.
I nunc, meque ultra Genitricis nomine falsae
Circumfer, modicum si tibi frontis adest.

Excla-

Exclamare iuuat: quantum difformis ab illa,
Qualis es, & quondam, filia, qualis eras!
Iam ferat aſtra ſolum, naſcantur gramina caelo:
Nam tuus in uentos omnis abiuit amor.
Aut mage uerſus amor tuus eſt in taedia noſtri,
Et nihil aut modicum eſt iam tibi dulce meum.
Horreſco referens, morior dum mente uoluto,
Quam fuerim durae nauſea magna tibi.
Quam tua ſint pretioſa odia, & conſtantia magno,
Illacrumans poſſum dicere, tuque potes.
Exhauſti, ſentimus, opes noſtrasque tuasque,
Dum mauis nil non, quam iuga noſtra pati.
Sic Phalaris fugiendus erat, ſic barbarus Atreus,
Quaeque eſt fraterna caede morata patrem;
Aut truculentus, equis homines qui pabula fecit,
Quosque pares alios Trinacris ora tulit.
Quid niſi, quod Matris peterem te nomine ſciſſes,
Quamque animus mitis, lenta ſit ira mihi.
Quid niſi tot meritis fueras obſtricta parenti,
Gratia num meritis debita nulla fuit?
Haud equidem gratis quondam conſtanter amaſti,
Quam larga obſequii praemia, Gnata, dedi!
Dic, age quod ſentis, ſi neſcis, inſpice faſtos,
Acceptum referes eſſe ſuperba mihi.
Quam motura fores cornix Aeſopica riſum,
Filia, ſi plumas, dixero, redde meas!
Vilis eras, ſi prima tui repetatur origo,
In te nec liuor quem ſtimularet, erat.
Quae fuerint tanti, quaeris, primordia faſtus?
Aſpice, quas habitat ruſtica turba caſas.
Iura dedit, clauſis ſtabulo modo bobus arator,
Curia tunc Patrum canna, lutumque fuit.
Haud tunc praecipites cingebant moenia foſſae,
(Manſiſſetque utinam iugiter ille ſtatus)
Nos largimur opes, irritamenta malorum,
(Quam bene uox rebus conuenit iſta tuis!)
Sunt opus heu! turres, foſſae, & tua moenia noſtrum,
Queis mihi pugnares, ſcilicet arma dedi.
O quibus, o quantis male prouida ſumptibus egi,
Queis arcenda fui, ut moenia firma forent!
Vipera ſic laedens per noſtra impendia creuit,
Et patior telis uulnera facta meis.
Dic, o quae fueras quondam cupidiſſima noſtri,
Vt fieres hoſtis, quae tibi cauſa fuit?
An libertatis te falſa fefellit imago,
Diſplicuitque meum tam tibi mite iugum?
Tantum heu! libertas potuit cauſare malorum,
Aut mage non ueri futilis umbra boni.
Nam libertatis damnoſa licentia uultus
Mentita eſt, omni ſaeuior imperio.
Sic erat: at grauior, ſcimus, te cura momordit,
Eloquar, an tutum praeteriiſſe magis?
Ne male grata tuos turbarem, Mater, amores,
Hinc metus, hinc odio maxima cauſa tuo.
Quid loquor? ah! uideo laeſi tot ſigna pudoris,
Filia, quis foetens ubera cancer edit?
Vt liuent oculi, ut periit decor ille genarum!
Quis raptae ſpolium uirginitatis habet?

Dum laxo tibi frena, uagorque incauta futuri,
Tempora ſeruauit forſitan iſta procus?
O cui me ſimilem, cui te, mea nata, uocabo,
Nonne Ceres ego ſum, filia tu Cereris?
Scis quo Perſephonem luctu Dea fleuit Eleuſis,
Cum praedae ſtygio ceſſerat illa Ioui.
Te quoque, ſed laetam rapuit, quem dicere nolo;
Fine carent lachrimae, quas mouet iſte dolor.
Aſpice tam longo morientia lumina fletu,
Quique genas alueo duplice ſulcus arat.
Quae rapuit Matri patruus, ſua gaudia ſeruat,
Di melius! quam nos tam mala fata premant.
Aſtra Ceres habitat, ſtygium Proſerpina regnum,
Filia, ſit paritas hac quoque parte caue.
Erraſti, o mea, nec cauſas habet error honeſtas,
Eſtque tibi, caecus ſi fuit ullus amor.
Tange caput, raſum eſt, poſitum ſine lege cucullum
Aſpice: in amplexus illius ire potes?
Aſpice, monſtroſo ut turgent abdomina cliuo,
Accuſantque pedes tam graue uentris onus.
Ilia amatoris, mea lux, praecincta tuere,
Hoc ſignum caſti uota pudoris habent.
Quam tibi porrexit non iuſta in foedera dextram,
Vncta eſt & natum uirginis illa tulit.
Verba dedit iurata Deo, iurata fefellit,
Nec tibi, quam dederat, firmior illa fides.
Diue Pater, *BONA* qui *FECISTI* plurima, & inde
Aeternum in faſtis nunc quoque nomen habes,
Alite lugubri Gnatae communis amores
Qui rapuit, diſpar quam fuit ille tui!
Te niuei mores Diuum aſſcripſere ſenatu,
Et poteras credi caelica progenies.
Ille bonam mentem manibus poſt terga ligari
Pertulit, & uitiis pompa ſuperba fuit.
Infelix poterat ritus & ſacra nouare,
Haud animi poterat iura nouare ſui.
Imperia extinxti ſexus tu caelibe uita,
Conſumpſitque in te tela nefandus amor.
Abſtulit huic totum laſciuo pectore Numen
Lubrica diua, Paphon quae tenet, orta ſalo.
Summa tibi ſcelerum monachae libare pudorem,
Hic rapit: O mira relligione uirum!
Ipſe frequens lachrymis noctem, quam longa, foucbas,
Dulce dedit lunas huic uigilare merum.
Firmauit Numen, Gnatam quae ſacra docebas,
Pignora dum ueri prodigioſa dedit.
Audiat hoc Aether: peccato Numinis actum eſt,
Si tibi credentes noxius error habet.
Alter falſidico facilem ſermone fefellit,
Signa nec ulla, fidem queis mereatur, habet.
Filia, da ueniam communia damna querenti,
Nec Matrem in tanto uulnere fiere ueta.
Hoc ſineret, iunxit qui mortua corpora uiuis,
Aut alius ſilices corde, uel aera gerens.
O nimium nobis, nimiumque atrociter hoſtis,
Quique tibi, dubites, hoſpes an hoſtis erat:
Is qui ſacrorum concuſſit litibus orbem,
Tunc odium noſtri, cum noua ſacra dedit.

Omnia

Omnia nam retro ferri, ex quo, nata, uereris,
Ne mihi furtiuus fordeat ille gener.
Parce metu: quod amas, licitum lex publica fecit,
Non lubet, eſtque nefas hanc uiolare mihi.
Sacra aliena meis ſequitor, ſed amato parentem,
Non eris, en dextram porrigo, cara minus.
Euge, diu infelix longisque erroribus acta,
Ad Matris ſinus, & bona priſca redi.
Reppete, dum nolles quicquam praeponere Matri,
Pronus erat quiuis in tua uota Deus.
Quaeque aliis errat, uario incertiſſima uultu,
Proſpera ſors, conſtans & tibi fida fuit.
Liuore imbelli pallens uicinia late,
Admiransque tuas, filia, uidit opes.
Exteta concuterent, ſeu te ciuilia bella,
Preſſimus impoſito noxia bella pede.
Vah! quantis ſe iterum Thuringica gloria rebus
Attollet, tutrix cum tibi Mater erit!
Imperium noſtrum plus libertate probabis,
Plusque eris hoc miti libera ſeruitio.
Ergo age, geſtarum ueniant obliuia rerum,
Haec noua non aliter foedera firma manent.
Immemor extinguat, dixi, tua crimina Lethe,
Quin ſi quid nocui, tu quoque dicis idem?
Forte uidens, mea lux, quae propugnacula condo,
Saeua mihi, uideo, frena parantur, ais,
Heu mihi! quae ſurgunt turres, caeloque minantur,
Quam uereor, paret haec machina triſte iugum!
Solue metus, haud ſaeua tibi, ſed frena parantur
Mollia: num renues mollia frena pati?
Fulgere & haec auro Genitrix dabit aurea, qualis
Impedit auro albas Cypria mater aues.
Arma geret ſolum miles, quibus areeat arma,
Nec, ſi tu Matrem diligis, hoſtis erit.
Fabula narratur decantatiſſima uulgo,
Excuſare meos, ut reor, apta metus;
Materiam praebet noſtris ſermonibus aptam,
Et breuis eſt; aures ne, mea nata, nega.
Cum cuſtoditum minime ſaturaret ouile,
Arcerentque lupos, ſedula turba, canes.
Forte lupus, canos dederat cui longior aetas,
Profuit inſigni fratribus admonitu:
(Credere ſi dignum eſt, dedit haec conſulta Lycaoni,
Quondam homo, nunc membris & feritate lupus)
Quae tenet ac tenuit cerebrum Boeotia, fratres,
Enecat, & uoto ne potiamur obeſt.
Nutritur dapibus uulpecula ſemper opimis,
Hoc illi tribuunt pectora facta dolis.
Dum lupus usque refert profeſſo Marte leonem,
Aut famet, aut uigili praeda ſit ille cani.
Subruimur bello, quos pax mentita iuuabit,
Laudatur, uirtus an ſit in hoſte dolus.
Pergama fraude iacent, arſit Graio Ilion aſtu,
Callida plusque annis nox dedit una decem.
Foedus iniri hortor fictum, lex foederis eſto,
Ne ſit odoriſequus propter ouile canis.
Vicimus, & dubio haud ſtabit certamine praeda,
Si cuſtode pecus deſtituetur iners.

Finierat, ſubitoque dolos genus omne probauit;
Succeſſusque habuit non bona cauſa bonos.
Lanigero dum uiſa gregi eſt pax optima rerum,
Inſomnesque canum reppulit excubias:
Inuaſit praedo innumerus ſine uindice caulas,
Deque grege immenſo non ſuper ulla fuit.
Cum Phrygibus ſero una ſapit ſub dente cruento,
Atque ait: *O ubi nunc, fida caterua, canes!*
Eheu! credulitas nocuit, cuſtosque remotus.
Plura locuturam nex properata uetat.
Aptior haud ulla eſt maternae ſortis imago,
Fabula quem monſtrat, ſi meus error erit.
Quam breue erit nobis & lamentabile regnum,
Filia, ſi nutu ſtatque caditque tuo!
Quo mage da ueniam iuſtis, Erfordia, coeptis,
Tamque puta iuſto crimen abeſſe metu.
Forſan & hôc angit memorem, ſemperque recurſat,
Quod uici, inque tuum quod caput arma tuli.
Non ſic: arma tuli pro te, ueniamque datura,
Si qua fuit forſan, non mea culpa fuit.
Teſtor utrumque caput, nolens in proelia ueni,
Nolueram, inuitae tu mihi uelle dabas.
Quam merito fueram Regumque & fabula uulgi,
Volue animo, aſſererent ius niſi bella meum.
Debueram digito monſtrari, & dicier, *haec eſt,*
Quae ſe ſe & Gnatam & negligit Imperium.
Tam foret & iuſta lentus *Leopoldus* in ira,
Et regni poterat perdere iura ſui?
Quam Caeſar fuerat uanum, & miſerabile nomen,
Si ſua te ſineret ſpernere ſceptra, uide.
Quo feror, & duris miſeram ſermonibus uro,
Deuia non iuſſum cur rota ſtringit iter?
Nam uideo, mea nata, pudet, noxamque fateris,
Plurimaque in uultu ſigna dolentis habes,
Et lachrymae malas, geminus uelut imber, inundant,
Captaque ut Andromache, uel Philomela gemis.
Sentio iam, ueteris redeunt incendia flammae,
Et reparat, uideo, ſemina priſcus amor.
Quam bene, ni uulpem mendax ſub pectore uerſas,
Et Matrem tantum diſſimulanter amas!
Haec eſt illa dies, mihi qua, mea uita, reuixti,
Hac es Io! matri, nata, renata die.
Fauſta dies, merito albenti ſignanda lapillo,
Et cui non dederunt ſaecula bina parem.
Haec tibi, Gnata, dies nullo damnabitur aeuo,
Sortis erit durae terminus iſta dies.
Tu modo fida eſto, nunquam eſſe reuicta dolebis,
Sermo ratus, iuro, tempore noſter erit.

RESPON-

RESPONSVM *ERFORDIAE* AD *MOGVNTIAM* MATREM.

SI licet, & patitur ſaeuus pudor edere uocem,
Nec dictis obſtat lachryma, pauca loquar.
Sed loquar, an praeſtat ſermonis pondera uultus,
Et docet hic, uires quas dolor intus habet?
Ipſa uides lachrymas imbris de more cadentes,
Intima quamque altos uiſcera dant gemitus.
Mouit ſermo tuus durum, mitiſſima, pectus:
Quod toties inquis: *Filia dulcis, ades.*
An tamen expertas referam: *Aurea, mellea Mater?*
Non adeo noſtro fugit ab ore pudor.
Te Matrem, quouis habitam crudelius hoſte,
Dicam frontis inops? Di prohibete ſcelus.
Matris eram, Dominae ſum nunc Erfordia Mogus,
Digna graui Imperio, ſanguineisque flagris.
Pane cibanda arcto, dulci non ubere Matris,
Digna ſubire artes, & famulare iugum.
Et ſi forte rogas, quo tegmine crimen obumbrem,
Tutaque quo mea ſit culpa patrocinio,
O non, ſi redeat facundo Tullius ore,
Tam celebri noſtrum diluat arte nefas.
Si tamen eſt aliquid miſeris, peccaſſe fateri,
Et bene peccati poenituiſſe ſui.
Poenitet, & fateor feciſſe indigna relatu,
Quae dictare Erebi Rex, Furiaeque negent.
Debuerat quoties ſceleri ſubducere lumen,
Quadriiugesque retro uertere Phoebus equos!
Caeſareum infando Numen qua ſpreuimus auſu,
Illa eſt damnatas inter habenda dies.
Ludibrium Iudex, legesque & iura fuiſtis,
Et iacet immerita Conſul uterque nece.
Auſa fui maleſana aſtris confundere terras,
Auſura infernos immo mouere lacus.
Nec uolo, nec fas eſt caeli conuexa tueri,
Et ſcio, quid uultus ponere cogat humi.
Aduoluor genibus, geminasque exporrigo palmas,
Et plena fateor me tibi uoce ream.
Pro te iuſſa fui, nunc en tibi ſupplico, quasque
Debueram pro te, nunc tibi tendo manus.
Tendo manus iuſto rorantes ſanguine, dignas
Implacidis, memet iudice, luminibus.
Quid uis, ut faciam iuſtas quod temperet iras,
Improba quoque iubes facta piare modo?
Carcer & exilium, gladius, iactura bonorum,
Quam-dabo-cunque, meo eſt crimine poena minor.
Vis fore mancipium, nec Gnatae nomine dici?
Seruas inter ero, ſis hera ſaeua licet.
Haud renuam duros famulae perferre labores,
Saeuiat acre gelu, an Sirius arua coquat.
Et ſi forte potes (ſed non potes, optima) cede
Improba, dic, uultu, perfida, cede meo,

Qui tulit irarum toties & signa doloris
Te propter, uultum, nata, subire potes?
Sed uideo, est unguis tibi noster in ulcere sermo,
Iam planctum socias, collachrymasque reae.
Solarisque metus, dedignarisque timeri,
Et nostro, uideo, multa dolore doles.
Quin petis amplexus, & cingis colla lacertis,
Et dare nutricis basia more paras.
Quid facis (o! desunt iusto sua uerba pudori)
Ingratam tanti, foedifragamque putas?
Te ne etiam caelo pronos attollere uultus,
Te ne etiam lachrymas tergere uelle meas?
Sic erit improbitas lucro mihi, proderit ausam
Imperium factis dedecorare meis?
Esse quid hoc dicam, sic deserit ultio noxas?
Sic potis es sceleris non memor esse mei?
Quid poteras aliud, si te constanter amassem,
Laesaque non nulla foedera parte forent?
Aspera colla doma uinclis, queis brachia nectis,
Et leue cui spretum est, iniice triste iugum.
Mulcter ego, quiuis peccare interritus alter
Exemplo discet cautior esse meo.
Quo constet precio Augustum contemnere, poenae
Debuerant gentes erudiisse meae.
Me quoque qui poteris semper sperare fidelem,
Nunc impune fero si temerasse fidem.
Nonne nouum inuitas, hoc si scelus ibit inultum?
En prope nunc poenas promeruisse nego.
Magna quidem, ratioque tibi notissima, uincit
Attamen hanc placidum pectus amorque mei.
Et quasi tu meritis, & ego tibi crimine pugnem,
Illo facta loco sunt mea, suntque tua.
Altera nunc animo quare sententia surgat,
Sermoque sub dulci nomine noster eat.
Vtilis ante scelus fuerat, dum labe carerem,
Nunc serus pudor est; Tu, pia Mater, aue,
Optima, maxima, mellea, gemmea, & aurea Mogus,
Plus uita, propriis caraque luminibus,
Tu merito (nil quanquam habeo Gnata impia Gnatae)
Matris nomen habes, nil cui Matris abest.
Rebus alumna tuis gremioque ac ubere creui,
Quicquid sum uel ero, muneris omne tui est.
Tantaque flagitio haud pietas est perdita nostro,
Vis tua sim, quamuis degener heu! soboles.
Exprobrare mihi meritum contenta fuisti,
Quodque tibi fuerim filia grata parum.
Ingratam fateor, nec te meruisse negabo,
Sidera dum caelum, pontus habebit aquas.
Aeternum quo grata forem, quam multa dedisti,
Munera, Di magni, quam pretiosa tuli!
Immensum fuerat libertas aurea munus,
Sed mihi, quem nolles, muneris usus erat.
Aurea libertas, meliorque & gratior auro,
Est uitio plusquam ferrea facta meo.
Quaeque aliis simul auxit opes, simul auxit honores,
Quam fuit haec nostris exitiosa bonis!
Quin & mendaci libertas nomine dicta est,
Quae seruum uitii pectus habere dedit.

„Luxu-

„Luxuriant animi rerum plerumque ſecundis,
Oraclo faciunt huic mea geſta fidem.
Vtque ſolutus equus loris detrectat aratrum,
Cum uocat ad ſolitum cultor agreſtis opus.
Sic ego, cum modicum, genitrix, mihi frena remiſſes,
Tum leue quid peteres, dura feroxque fui.
Nec me libertas immoto marte iuuabat,
Bello debebas diſcere, quanta forem.
Attamen haud tibi dura fui, pia Mater, inultae;
Dura fui, caelo uindice, ſed miſera.
Quam ſubito rerum facies miſeranda mearum,
Matris ut excuſſi barbara mite iugum!
Ilicet oppoſuere meis ſua numina rebus,
Quot quantosque Deos arduus axis habet.
Deſtituit bona ſors ſimul, & reuerentia Matris,
Et preſſit culpam proxima poena comes.
Mandaſſesque tuas ueluti caeleſtibus iras,
Tam nobis aether ferreus usque fuit.
Trans pelagum Boreas uires, rapuitque decorem;
Talisque ac tantae uix fuit umbra ſuper.
Quid uitio caeli uiduatam ciuibus urbem,
Ignibus in cineres aut abiiſſe querar,
Externoue datum toties mihi uulnus ab hoſte?
Materies elegis triſtior illa meis,
Limina quod fugit uirtutum noſtra Senatus,
Facta quod & monſtris eſt uia Tartareis.
Ambitus hinc uigil, & lacera diſcordia palla,
Mendacesque doli, & liuor, opumque ſitis.
Et ſuperans ſumptu patrimonia luxus iniquo,
Quaeque aliae peſtes perdere regna ſolent.
Hinc ſciſſum toties ſtudia in contraria uulgus,
Arma mouens ſibimet, mole ruensque ſua.
Hinc uſura uorax, & nomen fiſcus inane,
Impatiensque morae creditor innumerus.
Illa ego diuitiis, muroque, uirisque ſuperba
Quondam, ac hiſtoria iudice, paene Dea.
Vt dira dolui eſurie, ſpreto ubere Matris,
Quae membris macies, pallor in ore fuit!
Vt periiſtis opes, tutrix queis nulla poteſtas!
Materno ut cecidi non reuelata pedo! f. releuata
Quam caecus uitis amor eſt! fugiſſe parentem
Obfuerat, ſtudium nec fuit ire retro.
Quin magis atque magis, ceu uiſo fugimus hoſte,
Eſſe procul Matrem ceu foret una ſalus.
Neſcieram, o Mater, fluere hoc incommoda fonte,
Expertae mala quod tam diuturna probant.
Quo mala fonte fluant, audis, nunc cautior eſto,
Saxa caue referas rurſus ad icta pedem.
Si ſapis, aufer opes, libertatemque nociuam,
Quae damnum uero nomine, non honor eſt.
Diuitiis perit ipſa ſuis, quae pinguior aequo
Eſt ſeges; haec noſtri triſtis origo mali.
Hoc mihi libertas, quod delirantibus arma,
Si mea praepediit commoda dulce malum.
Hoc mihi libertas, quod ſunt latronibus arma,
Si quantum poſſim, crimina ſola probant.
Commoda ſi curas ambarum, demito faſtus
Materiemque mihi, teque timore leua.

Omnia iure rapis, Genitrix, quia iusta negaui,
(Omnia dat, quisquis Regibus aequa negat)
Quicquid non aufers, id erit mihi muneris instar;
Nil uetitum in uictos, utere sorte tua.
Iamque domum custode tene, uestigia serua,
Sique iterum uetitas uideris ire uias,
Velle aurem, dic: siste gradum, quo, filia tendis?
Interior curru meta terenda tuo.
Iusta sequi sinito, prohibent quod iura negato,
Libera quo dicar, iam satis illud erit.
Libertatis habet quantum expedit, aut bene seruit,
Seruitio quisquis cogitur esse bonus.
Principiis obsta, paulatim longius itur,
Cum sunt occulti semina iacta mali.
At nil tale times secura, & forsitan inquis:
Haerere in fatis hoc scelus ergo putem?
Tene iterum nobis contraire, o filia, tene
Oblitamque mei, non memoremque tui?
Dic ita, nilque time: quondam nil tale timebas,
Nunc quantum obfuerit nil timuisse, uides.
O nimium faciles, causae qui creditis aequae,
Dum murus iuri, tutor & ensis abest!
Sic olim licuit securos ducere somnos,
In pretio uirtus cum sine lege foret.
Illa uetus nostro pietas intercidit aeuo,
Inque uicem fraudes & subiere doli.
Tempora peioris uenae uerumque fidesque
Fugit, & est tutum nil, nisi quod ualidum.
Mater, amas & amo, sed num sat reris amari?
Cui iunctus timor est is bene durat amor.
Aut timet, aut temnit Reges ignobile uulgus,
Et colit imbelli imbellia sceptra fide.
Crede minus populo est, Libycae quam pondus arenae,
Et fluit ac refluit, ceu uitrea unda sali.
Vtque uelim aeterno durare haec foedera nexu,
Gens tamen arcenda est insidiosa, proci.
Formosam Danaen retinebat ahenea turris;
Hos patri dederat forma, procique metus.
Nec desunt, nostri queis irrequieta cupido,
Contemptusque tui est, aut timor aut odium.
Quam bene montis habet nostri fastigia Mauors!
Hic tua mons, Genitrix, & mea fata reget.
Moenia non hirquis igitur, ceu frena, tuemur,
Queis arces hostem, cogis & esse piam.
Nil mihi triste tuum est, nisi turbas, Mater, amores:
Integer ah! esto, qui noua sacra dedit.
Hoc dato: nulla mihi questus iactura mouebit,
Has sinito saltem pondus habere preces.
Ille quidem nuper Matri diffidere iussit,
Nunc, firmas quoniam foedera nostra, uetat.
Nec rogat, ut dotes, nec uult, o Mater, amari:
Non odisse uelis, nec nocuisse sat est.
Forsan longa dies tam caros soluet amores,
Quique placet iuuenis, nausea canus erit.
Nunc amor in cursu est, quem si quis rumpere tentat,
Incauta aduersis puppe resistit aquis.
Tunc sapuit, teneri cecinit cum Doctor amoris:
(Verba auri, Genitrix, ingeminanda Tuae)

Cum

„Cum furor in curſu eſt, currenti cede furori,
„Difficiles aditus impetus omnis habet.
„Quin etiam accendas uitia, irritesque uetando,
„Temporibus ſi non aggrediare ſuis.
„Aſpice iactatas mota face creſcere flammas,
„Et nullo flammas concutiente mori.
Eſſe etiam in fatis mihi iactas, affore tempus,
Dicere quo poſſim: Iam meus ille fuit.
Nunc ubi, ais, rerum ignorans primordia Manes,
Manetisque ſequax innumerus numerus,
Et non ſcrutandae Triados ſcrutator Arius,
Nomen & indignum cui Vigilantis erat?
Procubuere, ais, & reliqui, quos dicere longum,
Cauſa horum ſimilis dicitur eſſe mihi;
Diſſimilis, ſimilisne fuat, ſub iudice lis eſt,
Non ſatis ingenio lis dirimenda meo.
Tu caue des alimenta igni, nec deſpice Gnatam,
Sic rata, quae pepigi, foedera ſemper erunt.
Promiſi, memor es terram, mare, ſidera iurans,
Et fore fida tibi, uelleque iuſſa ſequi.
Nec renuens animo, & bello quaſi uicta ſpopondi,
Dum loquerer, concors os, animusque fuit.
Di melius, quam noſtra queri periuria poſſis,
Auferat & pactam mobilis aura fidem!
Hoc aequi aſpicient ſuperi, fulmenque tenebunt,
Nec mittent ignes in caput aſtra meum?
Si caelum faueat, tellus non ima dehiſcet,
Perfidiaeque ultor, qua patet, orbis erit?
Abſit ſucceſſus ſceleri, precor; ignis & unda
Solum habeant uires in mea damna ſuas.
Sitque nocens aer, tellusque ingrata colono,
Deſtituant meſſes horrea, uina cados.
Ipſa mihi pugnem, ſi fors defecerit hoſtis.
At faxo, aeterno ſis in amore mihi.
Nomen eris Gnatae, iuro, poſt Numina primum,
Teque erit, ut magnos cura timere Deos.
Vtque dies, menſesque, annique, & luſtra recedant,
Saeculaque, haud ſecum foedera noſtra ferent.
Tu gremium laxa inſuetum, mihi Regia Mogus,
Et longum, ut poſſit Nata ualere, uale.

Ad Lectorem.

HAec cecini prima quondam lanugine malas
Pictus (pauca dedit carmina cura recens)
Nocte quoque aeterna latuiſſet opus, ſineres tu
Docte Erfurtinae Conditor Hiſtoriae.
Ad famam properare olim fors damna dediſſet,
Et mora nonnihil haec utilitatis habet.
Annis preſſa nouem laudantur carmina Flacco,
Hoc mea teſte igitur carmina nunc bona ſunt.

In cereuiſiam urbis, quae patria eſt Poetae, H. B. I. V. D. cuius meminit Autor lib. III Hiſtoriae Erfordienſis § I p. 153.

NAta almae Cereris, non cui dotalibus umbris
Excuſat raptor uim modo Taenareus,
Verum quam patriis quisquis fuit ille Deorum,
Propitio aduexit Numine limitibus.

Sic

Sic robur, bona diua, tuum neque Naides udae
Frangant, nec reducem guttur agreſte uomat,
Copia ſed flauam fundat tibi larga parentem,
Debeat & ſanam plurima turba cutem:
Vt tua cornigero colimus mage Numina Baccho,
Nec non qui medicam iactat Apollo manum.
Diua potens Ganymedeis digniſſima curis,
Quamque immortali Iupiter ore bibat,
Tu quoties Liber peregrinis laeſerat oris,
Auxilium, praeſens tu mihi Numen eras.
Per te ſplen riſus, & dudum oblita recepit
Gaudia, deſeruit noxia flamma iecur.
Abſceſſit, melius bibulo arens littore, arena
Renibus, & pulſa eſt nauſea uentriculo.
Saepe tibi fuit hic ſeruatus gloria uates,
Debita ab hoc aris multa tabella tuis.
Indeuota igitur ſi plebs tua Numina ſpernat,
Es merito nobis & Dea ſemper eris.

Aliud.

SI CERERIS quaſi VIS IN AQVA, cereuiſia dicta eſt,
Obtinet hoc nomen patria iure Dea.
Eſte mihi teſtes, medicaeque applaudite Diuae,
Reneſque & ſplenes & capita & iecora.
Tu uero, mors atra, dole, & miſerabile plora,
Iniicit ingratas cui bona Diua moras.
Tuque etiam ſtomacho, Galene, iraſcere multo,
Quod fiunt regni iura minora Tui.

Ad amicum locus.

O Dulcis nimium, iamque uſu capte ſodalis,
Regales nobis o quot iere dies!
Monſtraui toties ſicco tibi laetus in auro,
Et mihi monſtraſti tu quoque ſaepe NIHIL.
Mogane Dux, Caeſar, toties per pocula uixtis
Noſtra, quot aſtra polus, granaque littus habet.
Ciues pro patria cyathis pugnauimus aequis:
Vix ſit pro patria tam graue caſtra ſequi.
Nexu haud rumpendo per nos, Germania, uincta es,
Et rerum moles nunc, LEOPOLDE, Tua eſt.
Fruſtra in te totus Furias armauit Auernus:
Vimque amiſerunt dira uenena ſuam.
Trax tulit arma retro per nos, Erfordia capta eſt,
Fatum, quod uoluit potio noſtra, fuit.
Dicendum ſuperis grates nunc, atque bibendum eſt,
Vt ne tam bona ſors mutet, amice, bibe.
Sic uiuent Pylios Caeſar, Dux Moganus annos,
Mens bona Thuringis, pax erit Imperio.
Nam rapuit ſua ſceptra Ioui, ſua ſtamina Parcis,
Regnaque fatorum ſolus Iacchus habet.

FINIS.

IOAN-